 κως συλήσαντες τὸ ἱρὸν τὸ ἐν Δελφοῖσι,
 βασιλεῖ Ξέρξῃ ἀποδέξαιεν τὰ χρήματα.
 πάντα δ' ἠπίσατο τὰ ἐν τῷ ἱρῷ ὅσα λόγῳ
 ἦν ἄξια Ξέρξης (ὡς ἐγὼ πυνθάνομαι) ἀ-
 μεινον ἢ τὰ ἐν τοῖσι οἰκίοισι ἔλιπε, πολ-
 λῶν αἰεὶ λεγόντων, καὶ μάλισα τὰ Κροίσου
 τῷ Αλυάττει ἀναθήματα.

λς'. Οἱ Δελφοὶ δὲ, πυνθανόμενοι ταῦ-
 τα, ἐς πᾶσαν ἀρρώδιην ἀπίκατο^e. ἐν δεῖ-
 ματι δὲ μεγάλῳ κατεσεῶτες, ἐμαντεύοντο
 περὶ τῶν ἱρῶν χρημάτων, εἴ τέ σφεα κα-
 τὰ γῆς κατορύξουσι, εἴτε ἐκκομίσουσι ἐς
 ἄλλην χώραν· ὁ δὲ θεὸς σφεας ἐκ ἑα κινέ-
 ει, Φᾶς αὐτὸς ἱκανὸς εἶναι τῶν ἐωϋτῷ
 προκατῆσθαι. Δελφοὶ δὲ ταῦτα ἀκῆσαν-
 τες, σφέων αὐτέων πέρι ἐφρόντιζον· τέκνα

^c Αἰολίδων. ^d MS. ταύτην. ^e ἀπικαίω.

quiequid agri Phocensis etiam hi nanciscabantur, id omne foedantes. nam et Panopensium oppidum incenderunt, et Dauliorum, et Aeolidarum. Ideo autem hâc ab aliis sejuncti pergebant, ut direpto quod Delphis est templo, pecunias monstrarent Xerxi regi; qui omnia quae in eo templo erant memoratu digna, melius norat (ut ego audio) quam quae in aedibus suis reliquerat; permultis assidue referentibus cum alia, tum praecipue Croesi Halyattis filii donaria.

36. Hoc Delphi quum audissent, in extremam prorsus devenere formidinem: qua attoniti, deum de sacris opibus consultarunt, numquid eas humi defoderent, an alium in locum transportarent. Et deus illis interdixit, ne moverent: se enim idoneum esse, qui rebus suis praesideret. His auditis Delphi de semetipsis curandum putaverunt, liberis uxoribusque in

Achaïam trajectis. Ipsorum plerique quidem vertex Parnassi superaverunt, et ad Corycium antrum delati sunt; quidam ad Amphissam Locridem se subduxerunt. Ita omnes Delphi urbem deseruerunt, praeter sexaginta viros, ac prophetam.

37. Postea vero quam barbari subeuntes appropinquabant, templumque cernebant, interim propheta cui nomen erat Aceratos, aspicit ante delubrum sacra arma proposita e penetrali, ab intus exprompta, quae nefas erat cuiquam mortalium contingere. quod ostentum Delphis qui aderant perrexit nunciatum. Ubi autem barbari urgentes venire ad fanum Minervae quod est ante templum, tum vero etiam maiora quam superius prodigia illis exhibita sunt. Nam et res haec profecto valde miranda est, arma Martia sua sponte extra delubrum proposita ap-

μέν νυν καὶ γυναῖκας πέρην ἐς τὴν Αἰχαιΐ-
 ην διέπεμψαν· αὐτέων δὲ οἱ μὲν πλείστοι
 ἀνέβησαν ἐς τὴν Παρνησσὴν τὰς κορυφάς, καὶ
 ἐς τὸ Κωρύκιον ἄντρον ἀνηνείκαντο· οἱ δὲ ἐς
 Ἀμφισαν τὴν Λοκρίδα ὑπέξῃλθον. πάντες
 δὲ ὧν οἱ Δελφοὶ ἐξέλιπον τὴν πόλιν, πλὴν
 ἐξήκοντα ἀνδρῶν, καὶ τὴν προφήτεω.

λζ'. Ἐπεὶ δὲ ἀγχοῦ τε ἔσαν οἱ βάρ-
 βαροι ἐπιόντες, καὶ ἀπώρεον τὸ ἱρόν, ἐν τῷ-
 τῷ ὁ προφήτης, τῷ ὄνομαι ἦν Ἀκέραιος,
 ὁρᾷ πρὸ τῆς νηὸς ὅπλα προκείμενα ἔσωθεν
 ἐκ τῆς μεγάρας ἐξενηνευγμένα ἰρὰ, τῶν ἔκ
 ὅσιον ἦν ἀπτεῖσθαι ἀνθρώπων ὁδονί. ὁ μὲν
 δὴ ἦε Δελφῶν τοῖσι παρεῖσι σημανέων τὸ
 τέρας. οἱ δὲ βάρβαροι, ἐπειδὴ ἐγίνοντο
 ἐπειγόμενοι κατὰ τὸ ἱρόν τῆς Προναΐης
 Ἀθηναίης, ἐπιγίνεται σφί τερεα ἔτι μέ-
 ζονα τῆς πρὶν γενομένης^ε τέρεος. θῶμα
 μὲν γὰρ καὶ τῷτο κάρτα ἐστὶ, ὅπλα ἀρήϊα
 αὐτόματα φανῆναι ἔξω προκείμενα τῇ
 νηὶ· τὰ δὲ δὴ ἐπὶ τῷτο δεύτερα ἐπιγενό-

^ε γενημένη

μένα, καὶ διὰ πάντων Φασμάτων ἄξια
 Δωυμάσαι μάλισα. ἐπεὶ γὰρ δὴ ἔσαν
 ἐπιόντες οἱ βαρβαροὶ κατὰ τὸ ἱρὸν τῆς
 Προναΐης Αθηναίης, ἐν τῷ ἐκ μὲν τῷ
 ἔρανῳ κεραυνοὶ αὐτοῖσι ἐνέπιπτον, ἀπὸ
 δὲ τῷ Παρηγοῦ ἀπορραγεῖσαι δύο κορυ-
 φαὶ ἐφέροντο πολλῶ πατάγῳ ἐς αὐτὰς,
 καὶ κατέλαβον συχνὰς σφεων· ἐκ δὲ τῷ
 ἱρῷ τῆς Προναΐης βοή τε καὶ ἀλαλαγμὸς
 ἐγένετο.

λή. Συμμεγέντων δὲ τετέων πάντων,
 φόβος τοῖσι βαρβάροισι ἐνεπεπτώκεε. μα-
 θόντες δὲ οἱ Δελφοὶ φεύγοντάς σφεας, ἐπι-
 καταβάντες, ἀπέκτεναν πλῆθος τι αὐ-
 τέων. οἱ δὲ περιεόντες, ἰθὺς Βοιωτῶν ἔφευ-
 γον. ἔλεγον δὲ οἱ ἀπονοσήσαντες ἔτι τοῖν
 βαρβάρων (ὥς ἐγὼ πυνθάνομαι) ὥς πρὸς
 τέτοισι καὶ ἄλλα ὥρων θεῖα. δύο γὰρ ὁ-
 πλίτας μέζοντας ἢ κατὰ ἀνθρώπων φύσιν
 ἔχοντας, ἔπειθ' αἱ σφὶ κτείνοντας καὶ διώ-
 κοντας.

paruisse. Quod tamen secundo loco evenit, ex omnibus miraculis maxima est admiratione dignum. quum enim barbari ad facellum Minervae quod est ante templum, accederent, interea e coelo fulmina in eos deciderunt; et a Parnasso duo abscissi vertexes, magno cum fragore sunt devoluti, per multosque eorum interceperunt: atque ex ipso facello Minervae vociferatio jubilatioque extiterunt.

38. Quibus omnibus pariter ingruentibus, terror incussus est barbaris, ut fugae se mandarent. Ea re cognita Delphi descendentes magnam eorum stragem edidere. Qui autem superfuere, recta ad Boeotos fugerunt: et qui ex eis redierunt, referebant (ut ego accipio) se praeter ista etiam vidisse alia divina, duos armatos humana natura augustiores instituisse sibi, caedem facientes atque insequentes.

39. Hos autem duos Delphi ajunt indigenas heroas esse, Phylacum et Autonoum, quorum fana exstant circa sacellum: Phylaci quidem, secundum ipsam viam super aedem Minervae: Autonoi vero, prope Castaliam, sub Hyampeo vertice. Saxa autem quae a Parnasso deciderunt, adhuc ad nostram usque memoriam salvae erant in fano Minervae protemplaris locata, ad quod per barbaros devoluta pervenere. Atque hic discessus a templo horum virorum fuit.

40. Graecorum autem classis ab Artemisio profecta, rogatu Atheniensium ad Salaminem substitit. Quod ut facerent ideo rogaverant Athenienses, tum ut liberos atque uxores ex Attica subducerent; tum ut consultarent quid sibi agendum esset. Nam pro rebus quae conti-

λθ'. Τὸς δύο δὲ τέττες Δελφοὶ λέγασιν ἐπιχωρίως ἥρωας εἶναι, Φύλακόν τε καὶ Αὐτόνοον· τῶν τὰ τεμένεια ἔστι περὶ τὸ ἱρόν· Φυλάκῃ μὲν, παρ' αὐτὴν τὴν ὁδὸν κατ' ὑπερθε τῷ ἱερῷ τῆς Προναΐης, Αὐτονόῳ δὲ, πέλας τῆς Κασαλίνης, ὑπὸ τῇ Ὑαμπεΐῃ κορυφῇ. οἱ δὲ πεσόντες ἀπὸ τῷ Παρνησῷ λίθαι, ἔτι καὶ ἐς ἡμέας ἔσαν σῶοι, ἐν τῷ τεμένει τῆς Προναΐης Αἰθναίης κείμενοι, ἐς τὸ ἐνέσκηψαν διὰ τῶν βαρβάρων φερόμενοι. τῶν μέν νυν τῶν ἀνδρῶν αὕτη ἀπὸ τῷ ἱερῷ ἀπαλλαγὴ γίνεται.

μ'. Ὁ δὲ Ἑλλήνων ναυτικὸς στρατὸς ἀπὸ τοῦ Ἀρτεμισίου, Αθηναίων δεηθέντων, ἐς Σαλαμῖνα κατίχει τὰς νῆας. τῶνδε δὲ εἵνεκα προσεδεήθησαν αὐτέων χεῖν πρὸς Σαλαμῖνα Αθηναῖοι, ἵνα αὐτοὶ παῖδάς τε καὶ γυναῖκας ὑπεξαγάγῃνται ἐκ τῆς Ἀττικῆς· πρὸς δὲ, καὶ βυλεύσωνται τὸ ποιητέον αὐτοῖσι ἔσαι.

ἐπὶ γὰρ τοῖσι κατήκῃσι πρήγμασι βελὴν
 ἐμελλόν ποιήσεσθαι, ὥς ἐφευσμένοι γνώ-
 μης. δοκέοντες γὰρ εὐρήσειν Πελοποννη-
 σίους πανδημεῖ^α ἐν τῇ Βοιωτίῃ ὑποκατη-
 μένους τὸν βάρβαρον, τῶν μὲν εὖρον ἔδεν
 ἔον, οἱ δὲ ἐπυνθάνοντο τὸν Ἰσθμὸν αὐτὸς
 τειχέοντας ἐς τὴν Πελοπόννησον, περὶ
 πλείους τε ποιευμένους περιεῖναι, καὶ ταύ-
 τῃν ἔχοντας ἐν φυλακῇ, τᾶλλα δὲ ἀπεί-
 ναι. ταῦτα πυνθανόμενοι, ἔτω δὴ προσε-
 δεήθησάν^β σφῶν χεῖν πρὸς τὴν Σαλα-
 μῖνα.

μά'. Οἱ μὲν δὴ ἄλλοι κατέχον ἐς τὴν
 Σαλαμῖνα, Αθηναῖοι δὲ ἐς τὴν ἐωϋτῶν.
 μετὰ δὲ τὴν ἀπίξιν, κήρυγμα ἐποίησαν-
 το, Αθηναίων τῇ τις δύναται σῶζειν τὰ
 τέκνα τε καὶ τῆς οἰκέτας. ἐνθαῦτα οἱ
 μὲν πλείους ἐς Τροιζῆνα ἀπέστειλαν, οἱ
 δὲ, ἐς Αἴγιναν, οἱ δὲ, ἐς Σαλαμῖνα. ἔσ-
 πευσαν δὴ ταῦτα ὑπεκθέσθαι, τῷ χρη-
 στήριω τε βυλόμενοι^γ ὑπηρετέειν, καὶ δὴ

^α In MS. est πανδημί. ^β ταῦτα δὴ πυνθανόμενοι, ἔτω προσ-
 δεήθησαν. ^γ χρηστήριω τε πυνθόμενοι καὶ βυλόμενοι.

gerant, consilium capturi erant, tanquam opinione frustrati: quippe qui quum putassent inventuros se Peloponneses communiter ad excipiendum barbarum in Boeotia subsidentes, horum nihil invenerant, sed audiebant illos Isthmum ad Peloponnesum muro sepire, hoc plurimi facientes ut ipsi superessent, et istam obtinentes tutarentur, omiſſis ceteris. Haec Athenienses quum audissent, ita socios obsecrarunt, ut ad Salaminem sisterent classem.

41. Quo aliis appulsis, Athenienses in terram suam profecti, praeconio edixerunt, ut qua quisque Atheniensium ratione posset servaret liberos atque domesticos. Ibi plurimi quidem Troezenem miserunt, quidam in Aeginam, nonnulli in Salaminem, pro se quisque properantes sua pignora exportare, et quod oraculo vellent obsecundare, et non minime

propterea, quod Athenienses ajunt ingentem anguem arcis custodem in templo solitum obversari. Haec et dicunt, et tanquam re vera esset, serpenti menstrua non cessant libamina proponere. Ea menstrua sunt placenta melle condita: quae quum semper superioribus temporibus depasceretur, tunc illibata manserat. Id quum templi antistita indicasset, eo magis Athenienses eoque prius deseruere urbem, tanquam a dea etiam destituta arce. exportatis itaque rebus omnibus, ad castra navigaverunt.

42. Posteaquam autem eos qui ab Artemisio solverant, ad Salaminem substituisse auditum fuit, reliqui classarii qui ad Troezenem erant, eodem confluxere. nam ut in Pogonem Troezeniorum portum coiretur erat edictum. ita multo plures contractae sunt naves quam ad Artemisium decertaverant, et a pluribus civi-

καὶ τῷδε ^d εἵνεκα ἐκ ἤκιστα· λέγῃσι οἱ
 Ἀθηναῖοι ὄφιν μέγαν Φύλακα τῆς ἀκρο-
 πόλιος ἐνδιατᾶσθαι ἐν τῷ ἱρῷ. λέγῃσι
 τε ταῦτα, καὶ δὴ ὡς εἰσὶν ἐπιμήνια ἐπι-
 τελέεσι ^e προτιθέντες. τὰ δ' ἐπιμήνια, με-
 λιτόεσά ἐσι. αὕτη δ' ἡ μελιτόεσσα ἐν
 τῷ πρόσθεν αἰεὶ χρόνῳ ἀναισιμῆμένη,
 τότε ἦν ἄφαιστος. σημηνάσης δὲ ταῦτα
 τῆς ἱρεῖς, μᾶλλον τί οἱ Ἀθηναῖοι καὶ
 πρότερον ^f ἐξέλιπον τὴν πόλιν, ὥς κ' τῆς
 θεῆς ἀπολελοιπυίης ^g τὴν ἀκρόπολιν. ὥς
 δέ σφι πάντα ὑπεξέκειτο, ἐπλῶν ἐς τὸ
 στρατόπεδον.

μβ'. Επεὶ δὲ οἱ ἀπ' Ἀρτεμισίης ἐς Σα-
 λαμῖνα κατέχον τὰς νέας, συνέρρεε καὶ
 ὁ λοιπὸς πυνθανόμενος ὁ τῶν Ἑλλήνων
 ναυτικὸς στρατὸς ἐκ Τροιζῆνος. ἐς γὰρ
 Πώγωνα τὸν Τροιζηνίων λιμένα προεί-
 ρητο συλλέγεσθαι. συνελέχθησάν τε δὴ
 πολλῷ πλεῦνες νέες ἢ ἐπ' Ἀρτεμισίῳ ἐν-
 αμάρχεον, κ' ἀπὸ πολίων πλεύνων. ναύ-

^d τότε. ^e ἐπιμήνια τελέει. ^f προθυμότερον. ^g MS. ἀ-
 πολελοιπούης.

αρχος μὲν νυν ἐπὶ ἡν ὧτός ὅσπερ ἐπ' Ἀρ-
τεμισίῳ, Εὐρυβιάδης ὁ Εὐρυκλείδew, ἀνὴρ
Σπαρτιάτης, ὃ μὲντοι γένεος τῷ βασι-
λήϊς ἑών. νέας δὲ πολλῶ πλείσας τε
καὶ ἄριστα πλωσάσας παρείχοντο Ἀθη-
ναῖοι.

μγ'. Εἰσρατεύοντο δὲ οἷδε· ἐκ μὲν Πε-
λοποννήσου Λακεδαιμόνιοι, ἑκατάδεκα νῆ-
ας παρεχόμενοι· Κορίνθιοι δὲ, τὸ αὐτὸ
πλήρωμα παρεχόμενοι τὸ καὶ ἐπ' Ἀρ-
τεμισίῳ· Σικυώνιοι δὲ, πεντήκαδεκα παρ-
είχοντο νῆας· Εἰπιδάυριοι δὲ, δέκα· Τροι-
ζήνιοι δὲ, πέντε· Ἑρμιονέες δὲ, τρεῖς. ἑόν-
τες ἔστωι, πλὴν Ἑρμιονέων, Δωρικὸν τε
καὶ Μακεδνὸν ^h ἔθνος, ἐξ Εἰρινεῶ τε καὶ
Πίνδου καὶ τῆς Δρυοπίδος ὕστατα ὀρμηθέν-
τες. οἱ δὲ Ἑρμιονέες, εἰς τὴν Δρύοπες, ὑπὸ
Ἡρακλέος τε καὶ Μηλίων ἐκ τῆς νῦν
Δωρίδος καλεομένης χώρας ἐξαναστάντες.
ἔστωι μὲν νυν Πελοποννησίων εἰσρατεύοντο.

μδ'. Οἱ δὲ ἐκ τῆς ἑξω ἡπείρου, Ἀθη-

^h Μακεδονικόν.

tatibus, eodem quo ad Artemisium duce, Eurybiade Euryclidæ filio, viro Spartiata, non tamen e genere regio: quarum multo plurimas atque optime navigantes præbebant Athenienses.

43. Quæ classis ex his constabat: Ex Peloponneso Lacedaemonii sedecim naves præstabant: Corinthii, totidem quot ad Artemisium præstiterant: Sicyonii, quindecim: Epidaurii, decem: Troezenii, quinque: Hermionenses, tres. Hi Doricæ ac Macednae gentis (Hermionensibus exceptis) ex Erineo et Pindo et Dryopide novissime profecti. nam Hermionenses Dryopes sunt, ab Hercule et Meliensibus e regione quæ Doris nunc vocatur, abducti. Hæ copiae Peloponnesium erant.

44. Eorum autem qui sunt in exte-

riore continente, Athenienses quidem pares omnibus aliis, praestabant naves centum octoginta soli; quippe quibus non adfuerunt in pugna ad Salaminem gesta Plataeenses, ob hanc causam: quod quum Graeci ab Artemisio discesserunt, ubi juxta Chalcidem appulsi fuere, Plataeenses exscendentes in oppositam oram Boeotiae, ad exportandos domesticos conversi sunt. ita dum in suis conservandis occupantur, relictis fuere. Athenienses autem sub Pelasgis eam quae nunc Graecia nuncupatur tenentibus, Pelasgi erant, Cranai nominati; sub rege autem Cecrope, Cecropidae sunt vocati; Erechtheo autem adepto imperium, immutato nomine Athenienses appellati: deinde Iones, ab Ione Xuthi filio, qui dux extitit Atheniensis exercitus.

45. Megareses autem tantundem copiarum, quantum ad Artemisium, attulerunt: Ampraciotae septem cum navi-

ἄνθρωποι μὲν, πρὸς πάντας τὰς ἄλλας, παρε-
 χόμενοι νῆας ὀγδώκοντα καὶ ἑκατὸν-μυ-
 νοι· ἐν Σαλαμῖνι γὰρ ὁ συνεναυμάχησαν
 Πλαταιέες Ἀθηναίοισι, διὰ τοιόνδε πρῆγ-
 μα^β. ἀπαλλασσομένων τῶν Ἑλλήνων
 ἀπὸ τῆς Ἀρτεμισίως, ὡς ἐγίνοντο κατὰ
 Χαλκίδα, οἱ Πλαταιέες ἀποβάντες ἐς
 τὴν περαιὰν τῆς Βοιωτίας χώρας, πρὸς
 ἐκκομιδὴν ἐτράποντο τῶν οἰκετέων. ὅσοι
 μὲν νυν τῆς τῆς σώζοντες ἐλείφθησαν. Ἀ-
 θηναῖοι δὲ ἐπὶ μὲν Πελασγῶν ἔχόντων
 τὴν νῦν Ἑλλάδα καλεομένην, ἔσαν Πε-
 λασγοὶ, ὀνομαζόμενοι Κραναοί· ἐπὶ δὲ
 Κέκροπος βασιλῆος ἐκλήθησαν^γ Κεκροπί-
 δαι· ἐκδεξαμένους δὲ Ερεχθῆος τὴν ἀρχὴν,
 Ἀθηναῖοι μετωνομάσθησαν· Ἴωνος δὲ τῆς
 Ξέστου στρατάρχου γενομένου Ἀθηναίοισι,
 ἐκλήθησαν ἀπὸ τῆς Ἰωνες.

μέ. Μεγαρέες δὲ τῷτὸ πλήρωμα
 παρείχοντο τὸ καὶ ἐπ' Ἀρτεμισίῳ. Ἀμ-
 πρακιῶται δὲ, ἑπτὰ νέας ἔχοντες ἐπέβοή-

^β τοιόνδε τι πρῆγμα. ^γ ἐκλήθησαν.

θησαν· Λευκάδιοι δὲ, τρεῖς, ἔθνος ἑόντες
ἔτι Δωρικὸν ἀπὸ Κορίνθου.

μς'. Νησιωτῶν δὲ, Αἰγινῆται, τριή-
κοντα παρείχοντο. ἔσαν μὲν σφι καὶ ἄλλαι
πεπληρωμέναι νέες· ἀλλὰ τῇσι μὲν τὴν
ἐαυτῶν ἐφύλασσον, τριήκοντα δὲ τῇσι ἄ-
ριστα πλεόσθησι ἐν Σαλαμῖνι ἐναυμάχη-
σαν. Αἰγινῆται δὲ εἰσι Δωριεῖς, ἀπὸ Ε-
πιδαύρου· τῇ δὲ νήσῳ πρότερον ἔνομα ἦν
Οἰνώνη. μετὰ δὲ Αἰγινῆτας, Χαλκιδιεῖς
τὰς ἐπ' Ἀρτεμισίῳ εἴκοσι παρεχόμενοι,
καὶ Ερετριεῖς τὰς ἐπτά· ἔτι δὲ, Ἰωνεῖς
εἰσι. μετὰ δὲ, Κῆροι, τὰς αὐτὰς παρεχό-
μενοι, ἔθνος ἑὸν Ἰωνικὸν ἀπὸ Αθηναίων.
Νάξιοι δὲ παρείχοντο τέσσαρας, ἀπαπεμ-
φθέντες μὲν ἐς τῆς Μήδους ὑπὸ τῶν πολι-
τῶν, κατὰπερ οἱ ἄλλοι νησιῶται, ἀλο-
γήσαντες δὲ τῶν ἐντολέων, ἀπίκατο ἐς τῆς
Ἑλλήνας, Δημοκρίτης σπεύσαντος, ἀνδρὸς
τῶν ἀσπῶν δοκίμου, καὶ τότε τριηραρχέον-
τος· Νάξιοι δὲ εἰσι Ἴωνες ἀπ' Αθηναίων

bus auxilio venerunt: Leucadii cum tribus, Dorica gens, et a Corintho oriunda.

46. Ex insularis autem Aeginetae triginta naves exhibuerunt: quibus aliae quoque erant naves instructae, sed iis oram suam tutabantur: verum cum triginta omnino navibus ad navigationem optimis ad Salaminem dimicaverunt. Sunt autem Aeginetae Dorienfes, ab Epidauro, cui insulae nomen antea fuerat Oenone. Post Aeginetas easdem quas ad Artemisium viginti naves praebuere Chalcidenses: et Eretrienfes, septem. hi Iones sunt. Dehinc autem Cii easdem praebuere, gens ab Atheniensibus Ionica. Naxii autem naves praebuere quatuor, qui quemadmodum et ceteri insulari, a popularibus ad Medos missi erant, sed illorum iussa aspernati, transire ad Graecos, suasu Democriti, viri inter cives illustris, et tunc trierarchi. Naxii autem Iones sunt ab Atheniensibus ducen-

tes originem. Styreenſes quoque eaſdem
 quas in Artemiſio naves praeſbuere. Cyn-
 thii unam omnino, et penteconterum.
 horum utriſque Dryopes ſunt. Seriphii
 etiam et Siphnii et Melii fuere in parti-
 bus. hi enim ſoli ex inſulaniſ terram
 barbaro et aquam negaverunt.

47. Intra Theſprotos iſti omnes et
 annem Acherontem incolentes milita-
 bant. Siquidem Theſproti, ſunt conter-
 mini Ampraciotis ac Leucadiis, qui ex
 ultimis regionibus in militiam venerunt.
 Eorum autem qui extra hos habitant,
 ſoli fuere Crotoniatae qui Graeciae peri-
 clitanti auxilium una navi tulere, cui prae-
 erat Phayllus, vir ter Pythiorum victor.
 Sunt autem Crotoniatae genere Achaei.

48. Et ceteri quidem ex hac claſſe
 triremes praeſbuerunt: Melii autem et
 Siphnii et Seriphii quinquaginta remo-
 rum naves, Melii duas, Siphnii Seriphii-
 que unam utriſque: Melii, a Lacedaemo-

γεγονότες. Στυρέες δὲ τὰς αὐτὰς παρεί-
 χοντο νῆας τὰς περ ἐπ' Ἀρτεμισίῳ· Κύν-
 θιοι δὲ, μίαν καὶ πεντηκόντερον, ἔόντες
 συναμφοτέροι ἔτοι Δρύοπες. καὶ Σερίφιοί
 τε καὶ Σίφνιοι καὶ Μήλιοι ἐσρατεύοντο.
 ἔτοι γὰρ ἔκ' ἔδοσαν μῆνοι νησιωτέων τῷ
 βαρβάρῳ γῆν τε καὶ ὕδωρ.

μζ. Οὗτοι μὲν ἅπαντες ἐντὸς οἰκημέ-
 νοι Θεσπρωτῶν καὶ Αἰχέροντος ποταμῷ,
 ἐσρατεύοντο. Θεσπρωτοὶ γάρ εἰσι οἱ ὁμυ-
 ρέοντες Ἀμπρακιώτῃσι καὶ Λευκαδίοισι·
 οἱ ἔξ' ἐχατέων χωρέων ἐσρατεύοντο. τῶν
 δὲ ἐκτὸς τούτων οἰκημένων, Κροτωνιῆται
 μῆνοι ἔσαν οἱ ἐβοήθησαν δὲ τῇ Ἑλλάδι κιν-
 δυνεύσῃ, νηὶ μίῃ, τῆς ἡρχε ἀνὴρ τρεῖς πυ-
 θιονίκης, Φαῦλλος· Κροτωνιῆται δὲ γένος
 εἰσὶ Ἀχαιοί.

μή. Οἱ μὲν νυν ἄλλοι, τριήρας παρε-
 χόμενοι ἐσρατεύοντο· Μήλιοι δὲ, καὶ Σίφ-
 νιοι, καὶ Σερίφιοι, πεντηκοντέρης. Μήλιοι
 μὲν, γένος ἔόντες ἀπὸ Λακεδαιμόνος, δύο

^d οἱ βοηθήσαντες.

παρείχοντο· Σίφνιοι δὲ καὶ Σερῖφιοι, Ἰωνες ἔοντες ἀπ' Ἀθηναίων, μίαν ἑκάτεροι. ἀριθμὸς δὲ ἐγένετο ὁ πᾶς τῶν νεῶν, παρέξ τῶν πεντηκοντέρων, τριηκόσια καὶ ἑξομήκοντα καὶ ὀκτώ.

μθ'. Ὡς δὲ ἐς τὴν Σαλαμῖνα συνήλθον οἱ στρατηγοὶ ἀπὸ τῶν εἰρημένων πολιῶν, ἐβλεύοντο, προθέντος Εὐρυβιάδew γνώμην, ἀποφαίνεσθαι τὸν βελλόμενον, ὅκω δοκέοι ἐπιτηδεώτατον εἶναι ναυμαχίην ποιεέσθαι τῶν αὐτοῖ χωρίων ἐγκρατέες εἰσί. ἡ γὰρ Ἀττική ἀφείτο ἤδη, τῶν δὲ λοιπέων πέρι προετίθεε. αἱ γινώμαι δὲ τῶν λεγόντων αἱ πλεῖσαι συνεξέπιπτον, πρὸς τὸν Ἰοῦμόν πλώσαντας ναυμαχέειν πρὸ τῆς Πελοποννήσου· ἐπιλέγοντες τὸν λόγον τόνδε, ὡς, εἰ νικηθέωσι^ο τῇ ναυμαχίῃ, ἐν Σαλαμῖνι μὲν ἔοντες, πολιορκήσονται ἐν νήσῳ, ἵνα σφι τιμωρίη ὑδεμὴ ἐπιφανήσεται· πρὸς δὲ τῷ Ἰοῦμῳ, ἐς τὰς ἐωυτῶν ἐξοίσονταί.

^ο ὡς ἐν κειμένῳ.

ne genus ducentes; Siphnii et Seriphii, ab Atheniensibus Iones. Summa navium, praeter illas quinquaginta remorum, fuit trecentae septuaginta octo.

49. Ut vero duces ex iis quas dixi urbibus ad Salaminem convenerunt, consultabatur, Eurybiade referente, ut qui vellet sententiam diceret, ubinam ex iis locis quibus ipsi potirentur, commodissimum videretur pugna navali decernere. jam enim Attica pro derelicta erat: itaque de ceteris deliberabatur. Pleraque igitur illorum sententiae in hoc congruebant, ut profecti ad Isthmum ante Peloponnesum decertarent, hac videlicet ratione, quod, si male pugnassent, ad Salaminem quidem, obsessis sibi in insula nullum subsidium ostendebatur; ad Isthmum vero dabatur ad suos effugium.

50. Haec ratio quum a ducibus qui ex Peloponneso erant redderetur, advenit quidam Atheniensis nunciatum, jam Atticam barbarum ingredi, eamque omnem igne vastare. nam copiae quae cum Xerxe erant, Boeotiam peragrantes, incensa tum Thespiensium, qui in Peloponnesum abscesserant, tum Plataeensium urbe, Athenas pervenerant, et omnia illa pervastabant. Ideo autem Thespiam et Plataeam incenderunt, quod a Thebanis acceperant illas civitates non sentire cum Medis.

51. A trajectu autem Hellesponti ex quo iter ingredi coepere barbari, unum mensem trivere transeundo in Europam, tres alios dum in Atticam pervenere, Calliade summum Athenis magistratum gerente; urbemque desertam cepere, paucis quibusdam Atheniensibus in templo repertis, nec non quaestoribus templi, et

ν'. Ταῦτα τῶν ἀπὸ Πελοποννήσου στρατηγῶν ἐπιλεγομένων, ἐλήλυθε ἀνὴρ Αθηναῖος, ἀγγέλλων ἦκειν τὸν βάρβαρον ἐς τὴν Αττικὴν, καὶ πᾶσαν αὐτὴν πυρπολέεσθαι. ὁ γὰρ διὰ Βοιωτῶν τραπόμενος στρατὸς ἅμα Ξέρξῃ, ἐμπρήσας Θεσπείων τὴν πόλιν, αὐτέων ἐκλελοιπότων ἐς Πελοπόννησον, καὶ τὴν Πλαταιέων ὡσαύτως, ἦκε τε ἐς τὰς Αθήνας, καὶ πάντα ἐκεῖνα ἐδήξ. ἐνέπρησε δὲ Θεσπειάν τε καὶ Πλάταιαν, πυθόμενος Θηβαίων ὅτι ἐκ ἐμῆδιζον.

να'. Ἀπὸ δὲ τῆς διαβάσιος τῆς Ἑλλησπόντου, ἐνθεν πορεύεσθαι ἤρξαντο οἱ βάρβαροι, ἕνα αὐτῇ διατρίψαντες μῆνα, ἐν τῷ διέβαινον ἐς τὴν Εὐρώπην, ἐν τρισὶ ἑτέροισι μηνσὶ ἐγένοντο ἐν τῇ Αττικῇ, Καλλιάδεω ἄρχοντι Αθηναίοισι καὶ αἰρέεσι ἐρχόμενον τὸ ἄστυ, καὶ τινὰς ὀλίγους εὐρίσκουσι τῶν Αθηναίων ἐν τῷ ἱερῷ ἔοντας, ταμίας τε τῆς ἱερᾶς, καὶ πένητας ἀνθρώπους.

οἱ Φραζάμενοι τὴν ἀκρόπολιν θύρησί τε καὶ ξύλοισι, ἡμύνοντο τὰς ἐπίονας· ἅμα μὲν ὑπ' ἀσθενίης βίβ' ἐκ ἐκχωρήσαντες ἐς Σαλαμίνα· πρὸς δὲ, αὐτοὶ δοκέοντες ἐξευρηκέναι τὸ μαντήϊον τὸ ἢ Πυθίῃ σφιδᾷ ἔχρησε, τὸ ξύλινον τεῖχος ἀνάλωτον ἔσσεσθαι· καὶ αὐτὸ δὴ τῷτο εἶναι τὸ κρησφύγετον κατὰ τὸ μαντήϊον, καὶ ἐκ τὰς νῆας.

νβ'. Οἱ δὲ Πέρσαι ἰζόμενοι ἐπὶ τὸν καταντίον τῆς ἀκροπόλιος ὄχθον, τὸν Αθηναῖοι καλέεσι Ἀρήϊον πάγον, ἐπολιόρκεον τρόπον τοιόνδε· ὅπως συπεῖον περὶ τὰς οἷσ' ἐς περθένας ἄφειαν, ἐτόξευσον ἐς τὸ Φράγμα. ἐνθαῦτα Αθηναίων οἱ πολιόρκεόμενοι, ὅμως ἡμύνοντο, καίπερ ἐς τὸ ἔχατον τῷ κακῷ ἀπιγμένοι, καὶ τῷ Φρήγματος προδεδωκότος· ἐδὲ λόγους τῶν Πεισιπραϊδῶν προσφερόντων περὶ ὁμολογίης ἐνεδέκοντο· ἀμυνόμενοι δὲ, ἅλλὰ τε ἀντεμνηχανέοντο, καὶ δὴ καὶ προσιόντων τῶν βαρ-

hominibus egenis, qui praesepta foribus atque lignis arce subeuntes arcebant: qui non exierant illinc ad Salaminem, simul prae inopia victus, simul opinione oraculi intellecti, quod reddiderat ipsis Pythia, murum ligneum inexpugnabilem fore: id interpretentes ex oraculo effugium esse, non naves.

52. Hos Persae, castris ex adverso arcis positis in colle, quem Martium collem Athenienses vocant, hunc in modum obsederunt: Sagittas stupra circumdatas ubi incenderant, mittebant in sepem. Athenienses, quanquam obsessi, et ad ultimum malorum deducti, etiam quum sepes prodidisset, tamen resistebant; ac ne verba quidem Pisistratidarum conditionem deditiois offerentium admittebant: et cum alia ad repugnandum excogitarent, tum vero hoc, quod in barbaros

portis subeuntes devolvebant saxa molaria: adeo ut Xerxes per diu inops consilii fuerit, quod eos expugnare non posset.

53. Tandem ex difficultatibus accessus quidam apparuit barbaris. necesse enim erat, secundum oraculum, omnem Atticam quae in continente est, subjici Persis. Igitur a fronte arcis, a tergo autem portarum et ascensus, qua parte nemo excubabat, quaque nemo credebatur quempiam hominum ascensurum, hac parte, etsi loco praerupto, quidam ascenderunt, juxta templum Aglauri filiae Cecropis. Quos ubi in arcem ascendisse viderunt Athenienses, partim e muro sese praecipitaverunt, atque extincti sunt, partim in aedem refugerunt. At Persae qui ascenderant, primum ad portas contendunt, eisque patefactis supplices trucidant:

Εάρων πρὸς τὰς πύλας, ὅλοιτρόχους ἀπίε-
σαν, ὥς τε Ξέρξεα ἐπὶ χρόνον συχνὸν
ἀπορίησι ἐνέχεσθαι, ἔδυνάμενόν σφεας
ἐλεῖν.

νγ'. Χρόνῳ δ' ἐκ τῶν ἀπόρων ἐφάνη δὴ
τις ἔσοδος τοῖσι βαρβάροισι. ἔδεε γὰρ καλὰ
τὸ θεοπρόπιον πᾶσαν τὴν Αττικὴν τὴν ἐν
τῇ ἡπείρῳ, γενέσθαι ὑπὸ Πέρσησι. ἔμ-
προσθεν ὦν πρὸ τῆς ἀκροπόλιος, ὅπιοθεν
δὲ τῶν πυλέων, καὶ τῆς ἀνάδος, τῇ δὴ ἔκο-
τέ τις ἐφύλασσε, ἔτ' ἂν ἤλπισε μήκοτέ
τις καλὰ ταῦτα ἀναβαίη ἀνθρώπων, ταῦ-
τη ἀνέβησάν τινες καλὰ τὸ ἱερὸν τῆς Κέ-
κροπος θυγατρὸς Αὔλαυρα, καίτοι περ
ἀποκρήμνυς ἐόντος τῆς χώρας. ὥς δὲ εἶδον
αὐτὰς ἀναβεβηκότας οἱ Αθηναῖοι ἐπὶ τὴν
ἀκρόπολιν, οἱ μὲν ἐρρίπτεον ἐωυτὰς καλὰ
τῆς τείχεος κάτω, καὶ διεφθείροντο, οἱ δὲ ἐς
τὸ μέγαρον κατέφευγον. τῶν δὲ Περσέων
οἱ ἀναβεβηκότες, πρῶτον μὲν ἐτράποντο
πρὸς τὰς πύλας, ταύτας δὲ ἀνοίξαντες,

τὸς ἰκέτας ἐφόνευσον· ἐπεὶ δὲ σφι πάντες κατέσρωντο, τὸ ἱρὸν συλήσαντες, ἐνέπρησαν πᾶσαν τὴν ἀκρόπολιν.

νδ'. Σχῶν δὲ παντελέως τὰς Αθήνας Ξέρξης, ἀπέπεμψε ἐς Σῶσα ἄγγελον ἱππέα, Αρταβάνω ἀγγελλέοντα τὴν παρεῖσιν σφι εὐπρηξίην. ἀπὸ δὲ τῆς πέμψιος τῷ κήρυκος δευτέρῃ ἡμέρῃ συγκαλέσας Αθηναίων τὸς Φυγάδας, ἐϋτῷ δὲ ἐπομένους, ἐκέλευε τρόπῳ τῷ σφετέρῳ θῦσαι τὰ ἱρὰ ἀναβάντας ἐς τὴν ἀκρόπολιν· εἴτε δὴ ὦν ὄψιν τινὰ ἰδὼν ἐνυπνίῳ ἐνετέλλετο ταῦτα, εἴτε καὶ ἐνθύμιόν οἱ ἐγένετο ἐμπρήσαντες τὸ ἱρὸν. οἱ δὲ Φυγάδες τῶν Αθηναίων ἐποίησαν τὰ ἐντεταλμένα.

νε'. Τῷ δὲ εἵνεκεν τεττέων ἐπεμνήσθην, φράσω. ἔστι ἐν τῇ ἀκροπόλει ταύτῃ Ἐρεχθῆος τῷ γηγενέος λεγομένου εἶναι νηὸς, ἐν τῷ ἐλαίῃ τε καὶ θάλασσα ἐνι· τὰ λόγος παρ' Αθηναίων Ποσειδέωνά τε καὶ Αθηναίην ἐρίσαντας περὶ τῆς χώρας, μαρτύ-

atque ubi omnium stragem fecerunt, direpto templo arcem totam incendunt.

54. Athenis omnino Xerxes potitus, equitem nuncium Susa mittit Artabano nunciaturum felicitatem praesentem. Póterò die quàm nuncium miserat, convocatis Atheniensium exulibus, expeditionis suae comitibus, jussit ut conscensa arce hostias suo ritu immolarent: sive ita jufferit ex aliquo in somniis visu, sive religio ei fuerit objecta quod templum concremasset. Exules Athenienses id quod jussi erant exequuti sunt.

55. Cujus rei cur mentionem fecerim exponam: Est in arce hac, Erechthei (qui fertur fuisse terrigena) templum, in quo olea est et mare, ut apud Athenienses praedicatur, Neptuno et Minervae in testimonium posita quod de regio-

ne decertassent. Hanc igitur oleam una cum cetero templo contigit ab barbaris exuri: quam Athenienses qui ab rege jussi erant rem divinam facere, altero ab incensione die quum in templum ascensissent, aspexerunt fruticasse, edito a stipite virgulto cubiti instar. Et haec quidem illi narraverunt.

56. At Graeci qui apud Salaminem erant, ubi nunciatum est, uti res circa Atheniensium arcem se haberent, eo perturbationis devenere, ut nonnulli e ducibus non expectarent, dum propositum negotium constitueretur, sed in naves irruerent, ac vela tollerent tanquam profecturi: ceterique qui relinquebantur, statuerent sibi ante Isthmum proelio navali decernendum. Et quum nox adfuisset, digressi e concilio, naves conscenderunt.

57. Ibi Themistoclem pergentem ad nāyem sciscitatur Mnesiphilus vir Atho-

ρια θέσθαι. ταύτην ὦν τὴν ἐλαίην ἅμα τῷ ἄλλῳ ἱρῷ κατέλαβε ἐμπρηστῆναι ὑπὸ τῶν βαρβάρων· δευτέρῃ δὲ ἡμέρῃ ἀπὸ τῆς ἐμπρήσιος, Ἀθηναῖοι οἱ θύειν ὑπὸ βασιλῆος κελευόμενοι, ὡς ἀνέβησαν ἐς τὸ ἱρόν, ὧρων βλαστὸν ἐκ τῆς σελέχεος ὅσον τε πηχυαῖον ἀναδεδραμηκότα. οὗτοι μὲν νυν ταῦτα ἔφρασαν.

νς'. Οἱ δὲ ἐν Σαλαμῖνι Ἕλληνες, ὥς σφι ἐξηγγέλθη ὡς ἔρχετὰ περὶ τὴν Ἀθηναίων ἀκρόπολιν, ἐς τοσῶτον θόρυβον ἀπὶ κονίῳ, ὥς ἔνιοι τῶν στρατηγῶν ἔδὲ κυρωθῆναι ἔμενον τὸ προκείμενον πρῆγμα, ἀλλ' ἔς τε τὰς νῆας ἐσέπιπτον, καὶ ἰσία ἀείροντο ὡς ἀποθουσόμενοι· τοῖσί τε ὑπολειπομένοισι αὐτέων ἐκυρώθη πρὸ τῆς Ἰαθμῆ ναυμαχέειν· νύξ τε ἐγίνετο, καὶ οἱ διαλυθέντες ἐκ τῆς συνεδρίας, ἐσέβαινον ἐς τὰς νῆας.

νζ'. Εὐθαῶτα δὲ Θεμισοκλῆα ἀπικόμενον ἐπὶ τὴν νῆα, εἶρετο Μνησίφιλος,

ἀνὴρ Ἀθηναῖος, ὃ,τι σφι εἶη βεβηλευμένοι,
 πυθόμενος δὲ πρὸς αὐτῷ ὥς εἶη δεδογμέ-
 νον ἀνάγειν τὰς νῆας πρὸς τὸν Ἰσθμόν,
 καὶ πρὸ τῆς Πελοποννήσου ναυμαχέειν,
 εἶπε, ‘ Οὐτ’ ἄρα ἦν ἀπαίρωσί τὰς νῆας
 ‘ ἀπὸ Σαλαμῖνος, περὶ ὕδαμῆς ἔτι πα-
 ‘ τρίδος ναυμαχήσεις. καὶ ἂν γὰρ πόλιας
 ‘ ἕκαστοι τρέφονται. καὶ ἔτε σφεας Εὐρυ-
 ‘ ριάδης κατέχειν δυνήσεται, ἔτε τις ἀν-
 ‘ θρώπων ἄλλος, ὥστε μὴ ὁ διασκεδασθῇ
 ‘ ναι τὴν στρατιήν· ἀπολέεταί τε ἡ Ἑλ-
 ‘ λὰς ἀβελήσοι. ἀλλ’ εἴ τις ἐστὶ μηχανή,
 ‘ ἣν ἴθι, καὶ πειρῶ διαχέαι τὰ βεβηλευμέ-
 ‘ να, ἦν κως δύνῃ ἀναγνῶσαι Εὐρυβιάδεα
 ‘ μεμβαλεύσασθαι, ὥστε αὐτῷ μενέειν.’

νή. Κάρτα δὴ τῷ Θεμιστοκλεῖ ἤρесе
 ἡ ὑποθήκη· καὶ ὕδεν πρὸς ταῦτα ἀμει-
 ψάμενος, ἥϊε ἐπὶ τὴν νῆα τὴν Εὐρυβιά-
 δεω. ἀπικόμενος δὲ, ἔφη θέλειν οἱ κοινόν
 τι πρῆγμα συμμίζαι. ὁ δ’ αὐτὸν ἐς τὴν
 νῆα ἐκέλευε ἐσβάντα λέγειν εἴ τι θέλει.

nienſis, quidnam ab ipſis decretum eſſet:
 et quum ab eo audiſſet decretum eſſe, ut
 ad Iſthmum navigarent, et ante Pelopon-
 neſum dimicarent, ‘ Si iſti, inquit, a Sa-
 ‘ lamine proficiſcantur, jam tu pro nulla
 ‘ adhuc patria dimicabis. ad ſuam enim
 ‘ quique patriam remeabunt: ut nec Eu-
 ‘ rybiades, nec alius hominum quiſpiam
 ‘ illos cohibere poſſit quominus copiae
 ‘ dilabantur; Graeciaque peribit conſilii
 ‘ inopia. Quare ſiquid comminiſci potes,
 ‘ perge, et quae decreta ſunt tenta diſji-
 ‘ cere, ſi forte poſſis Eurybiadem a ſen-
 ‘ tentia revocare, ut hic perſtet.’

58. Themiſtocles, quum haec admo-
 nita ſibi admodum probarentur, nullo
 reddito reſponſo ad Eurybiadae navem
 perrexit. ubi hominem conveniens, ait
 velle ſe de negotio communi cum eo
 colloqui. Hunc ille in navem ingreſſum

jubet loqui quae vellet; cui Themistocles affidens, quaecunque a Mnesiphilo acceperat, tanquam a semetipso refert, et alia adjicit multa, donec Eurybiadem a sententia revocavit; persuasitque ut e navi prodiret, et duces ad concilium contraheret.

59. Ii posteaquam congregati sunt, priusquam ad eos Eurybiades referret id cuius gratia ipsos coegerat, Themistocles multis agebat verbis, prout magnopere expetebat. Quem interfatus Corinthiorum dux Adymantus Ocyti filius, ‘Themistocles, inquit, in certaminibus ii qui ante tempus surgunt, colaphis caeduntur.’ Eum refellens Themistocles, ‘At, inquit, qui domi relinquuntur, non coronantur.’

60. Comiter autem Corinthio quum respondisset, ad Eurybiadem conversus, nihil amplius eorum dicebat quae dixerat prius, illos, posteaquam a Salamine pro-

ἐνθαῦτα ὁ Θεμισοκλῆς παρεζόμενός οἱ
καλαλέγει κεινά τε πάντα τὰ ἤκασε Μνη-
σιφίλῃ, ἐωϋτῇ ποιούμενος, καὶ ἄλλα πολ-
λὰ προστιθείς· ἐς ὃ ἀνέγνωσε χρηίζων
ἐκ τε τῆς νηὸς ἐκβῆναι τὸν Εὐρυβιάδεα,^ε
συλλέξαι τε τὰς στρατηγὰς ἐς τὸ συνέ-
δριον.

νθ'. Ὡς δὲ ἄρα συνελέχθησαν, πρὶν ἢ
τὸν Εὐρυβιάδεα προθεῖναι τὸν λόγον, τῶν
εἵνεκα συνήγαγε τὰς στρατηγὰς, πολὺς
ἦν ὁ Θεμισοκλῆς ἐν τοῖσι λόγοισι, οἷα
κάρτα δεόμενος. λέγοντος δὲ αὐτῷ, ὁ Κο-
ρίνθιος στρατηγὸς Αἰεΐμαντος ὁ Ωκύτης
εἶπε, ‘Ὁ Θεμισόκλεες, ἐν τοῖσι ἀγῶσι
‘οἱ προεξανιστάμενοι ῥαπίζονται.’ ὁ δὲ,
ἀπολυόμενος, ἔφη, ‘Οἱ δέ γε ἐγκαταλει-
‘πόμενοι ὀφθαλμοῖς φανῶνται.’

ξ'. Τότε μὲν ἡπίως πρὸς τὸν Κορίν-
θιον ἀμείψατο· πρὸς δὲ τὸν Εὐρυβιάδεα
ἔλεγε ἐκείνων μὲν ἔτι ὕδεν τῶν πρότερον
λεχθέντων, ὥς ἐπεὰν ἀπαίρωσι ἀπὸ Σα-

^ε Hae voces τὸν Εὐρυβιάδεα non exstant in MS.

λαμῖνος, διαδρήσονται. (παρεόντων γάρ
 τῶν συμμάχων, ἃ ἐφέρει οἱ κόσμον ὑδὲνα
 κατηγορέειν) ὁ δὲ ἄλλος λόγος εἶχέο, λέ-
 γων τὰδε, ‘ Ἐν σοὶ νῦν ἔσι σῶσαι τὴν
 ‘ Ἑλλάδα, ἣν ἐμοὶ πείθῃ ναυμαχίην αὐ-
 ‘ τῷ μένων ποιέεσθαι, μηδὲ πειθόμενος
 ‘ τῆς τῶν τοῖσι λέγῃσι, ἀναζεύξης πρὸς
 ‘ τὸν Ἰοσμὸν τὰς νῆας. ἀντίθες γὰρ ἐκά-
 ‘ τερον, ἀκίσσας. πρὸς μὲν τῷ Ἰοσμῷ συμ-
 ‘ βάλλων, ἐν πελάγει ἀναπεπταμένῳ
 ‘ ναυμαχήσεις, ἐς ὃ ἦκιστα ἡμῖν σύμφορον
 ‘ ἔσι, νῆας ἔχου βαρυτέρας, καὶ ἀριθμὸν
 ‘ ἐλάσσονα^α. τῷτο δέ, ἀπολέεις Σαλα-
 ‘ μῖνά τε καὶ Μέγαρα καὶ Αἶγναν, ἥνπερ
 ‘ καὶ τὰ ἄλλα εὐτυχήσωμεν. ἅμα γὰρ
 ‘ τῷ ναυτικῷ στρατῷ αὐτέων ἔφεται καὶ
 ‘ ὁ πεζὸς στρατός^β. καὶ ἔτω σφέας αὐτοὺς
 ‘ ἄξεις ἐπὶ τὴν Πελοπόννησον, κινδυνεύ-
 ‘ σεις τε ἀπάσῃ τῇ Ἑλλάδι. ἣν δὲ τὰ
 ‘ ἐγὼ λέγω ποιῆς^γ, τοσαύδε ἐν αὐτοῖσι
 ‘ χρηστὰ εὐρήσεις. πρῶτα μὲν, ἐν σκηνῷ

^α ἐλάσσονας. ^β πεζός. καὶ. ^γ ποιήσῃ.

facti fuissent, dilapsuros: (praesentibus
 enim sociis, non putabat sibi decorum
 quempiam accusare) sed aliunde oratione
 sumpta, ' In te nunc, inquit, situm est
 ' servare Graeciam, si mihi assentiens,
 ' navale proelium hîc manens facias, et
 ' non ab horum quibusdam orantibus
 ' persuasus, classem ad Isthmum retra-
 ' has. utrumque enim, quum audieris,
 ' inter se comparato. Si ad Isthmum con-
 ' fliges, in patenti pelago dimicabis, ubi
 ' nobis minimum expedit, naves haben-
 ' tibus et graviores et numero inferiores.
 ' Ex quo, etiam si in aliis feliciter nobis
 ' omnia sint eventura, tamen amittes Sa-
 ' laminem et Megara et Aeginam. nam
 ' illorum navales vires una comitabitur
 ' suus pedester exercitus. atque ita tu
 ' eos in Peloponnesum duces, omnemque
 ' Graeciam discrimini objicies. Sin au-
 ' tem id feceris quod suadeo, haec in eò
 ' reperies commoda: Primum si in arcto

‘ conflixerimus, paucae naves cum mul-
‘ tis, profecto si probabilia ex bello con-
‘ tingent, multo superiores erimus: quo-
‘ niam in arcto pugnare, pro nobis est;
‘ in spatiofo, pro illis. Praeterea Sala-
‘ mis fervatur, ubi nostri nunc liberi col-
‘ locati sunt et uxores. Est in his et
‘ aliud in quod etiam praecipue incum-
‘ bitis; hîc manens similiter pro Pello-
‘ ponneso pugnabis, perinde ac ad Isth-
‘ mum: neque illos, si fapis, ad Pelopon-
‘ nesum duces. Quod si id quod spero
‘ continget, ut classe vincamus, barbari
‘ neque ad Isthmum nobis aderunt, ne-
‘ que longius ab Attica procedent, sed
‘ nullo ordine abeunt; et nobis lucrifa-
‘ ciemus quae servaverimus, Megara, Ae-
‘ ginamque, atque Salaminem, in qua
‘ etiam nobis oraculum dicit hostibus
‘ fore superiores. Consentanea equidem
‘ rationi deliberantibus, ut plurimum so-

'σὺμβάλλοντες νηυσὶ ὀλίγησι πρὸς πολ-
 'λὰς ἦν τὰ οἰκότα ἐκ τῆ πολέμου ἐκβαί-
 'νη, πολλὸν κρατήσομεν. τὸ γὰρ ἐν σει-
 'νῷ ναυμαχεῖν, πρὸς ἡμέων ἐστὶ ἐν εὐ-
 'ρυχωρίῃ δέ, πρὸς ἐκείνων. αὐτίς δέ, Σα-
 'λαμὶς περιγίγνεται, ἐς τὴν ἡμῖν ὑπέκκει-
 'ται τέκνα τε καὶ γυναῖκες. καὶ μὲν καὶ
 'τόδε ἐν αὐτοῖσι ἔνεσι, τῆ καὶ περιέχε-
 'θε μάλιστα ὁμοίως^d αὐτῇ τε μένων,
 'προναυμαχῆσαι Πελοποννήσου, καὶ πρὸς
 'τῷ Ἰοσμῷ. ἔδὲ σφεας, εἴπερ εὖ φρονέ-
 'εις, ἄξεις ἐπὶ τὴν Πελοπόννησον. ἦν δέ
 'γε καὶ τὰ ἐγὼ ἐλπίζω γένηται, καὶ νι-
 'κήσωμεν τῇσι νηυσὶ, ὅτε ἡμῖν ἐς τὸν
 'Ἰοσμὸν παρέσονται οἱ βάρβαροι, ὅτε
 'προβήσοιται ἑκαστέρῳ τῆς Ἀττικῆς. ἀ-
 'πίαςί τε ἔδενι κόσμῳ, Μεγάρῳσι τε
 'κερδανέομεν περιεῖσι, καὶ Αἰγίνη καὶ
 'Σαλαμῖνι, ἐν τῇ ἡμῖν καὶ λόγιόν ἐστι
 'τῶν ἐχθρῶν κατύπερθε γενέσθαι. οἰκό-
 'τα μὲν νῦν βεβληυμένοισι ἀνθρώποισι,

^d τῇ καὶ περιέχεται μάλιστα χρεῶν ὁμοίως.

ὥς τοεπίπαν ἐθέλει γίνεσθαι· μὴ οἰκό-
 τα δὲ βεβηυομένοισι, ἔκ ἐθέλει ὑδὲ ὁ θεὸς
 προχωρέειν πρὸς τὰς ἀνθρωπίνιας γνώ-
 μας.

ζα'. Ταῦτα λέγοντος Θεμιστοκλέους,
 αὐτὶς ὁ Κορίνθιος Αδεύμαντος ἐπεφύκει,
 σιγαῖν τε κελεύων τῷ μὴ ἔσι πατρίς, καὶ
 Εὐρυβιάδην οὐκ ἔων ἐπιφηφίζειν ἀπολι-
 ἀνδρί· πόλιν γὰρ τὸν Θεμιστοκλῆα παρε-
 χόμενον, ἔτῳ ἐκέλευε γνώμας συμβάλ-
 λεσθαι. ταῦτα δὲ οἱ προέφερε, ὅτι ἡλώ-
 κεσάν τε καὶ κατείχοντο αἱ Αῑθῆναι. τότε
 δὴ ὁ Θεμιστοκλῆς κεῖνόν τε καὶ τῆς Κο-
 ρινθίης πολλά τε καὶ κακὰ ἔλεγε· ἐϋ-
 τοῖσι τε ἐδήλα λόγῳ, ὡς εἴη καὶ πόλις
 καὶ γῆ μέζων ἢ περ κείνοισι, ἔς τ' ἂν διη-
 κόσαι νῆες σφι ἔωσι πεπληρωμέναι. ὕδα-
 μὲς γὰρ Ἑλλήνων αὐτῆς ἐπιόντας ἀπο-
 κρέεσθαι.

ζε'. Σημαίνων δὲ ταῦτα τῷ λόγῳ,
 διέβαινε ἐς Εὐρυβιάδα, λέγων· μάλλον

‘lent evenire: secus facientibus ne deus
 ‘quidem solet velle accedere ad huma-
 ‘nas sententias.’

61. Haec dicentem Themistoclem
 rursus interpellabat Corinthius Adiman-
 tus, jubens filere eum, cui patria non
 esset; quia etiam Eurybiadem non sinens
 ex viri extorris sententia decernere, et ita
 demum id permittere, quum urbem The-
 mistocles habuisset: videlicet haec expro-
 brans, quod Athenae captae essent, tene-
 renturque ab hoste. Tunc Themistocles,
 et illi et Corinthiis multa ingerens pro-
 bra, ratione ostendit, sibi esse et solum,
 et urbem majorem quam illis, quamdiu
 naves ducentae ipsis adessent sociis nava-
 libus ac militibus armatae, quas nulli
 Graecorum invadentes possent depellere.

62. Haec quum sermone significas-
 set, ad Eurybiadem transiens, majori cum

acrimonia loquebatur, inquit, ‘ Tu ve-
 ‘ ro si hîc manes, vir eris egregius: sin-
 ‘ minus, Graeciae everfor. totum enim
 ‘ belli momentum nobis naves sustinent.
 ‘ Sed mihi crede, nisi hoc feceris, nos,
 ‘ prout sumus, ubi domesticos receperimus,
 ‘ profecturos ad Sirin quae est in Italia,
 ‘ et ab prisco tempore nostra ea fuit, et
 ‘ quam, ut oracula ajunt, a nobis condi-
 ‘ oportet. Vos autem talibus fociis desti-
 ‘ tuti meorum verborum reminiscimini.’

63. Haec dicente Themistocle Eurybiades edocebatur: et ob id edocebatur, ut mihi videtur, quod maxime formidabat ne si ad Isthmum classem eduxisset, ab Atheniensibus defereretur: quibus deferentibus, jam reliqui non essent in pugnando hostibus pares. Ita sententiam eam probavit, ut illic permanentes, pugna navali decernerent.

64. Quod ubi Eurybiadi placuit, ß

ἐπέστραμμένα, ‘ Σὺ εἰ μενέεις αὐτῷ, καὶ
 ‘ μένων ἔσεαι ἀνὴρ ἀγαθός· εἰ δὲ μὴ, ἀνα-
 ‘ τρέψεις τὴν Ἑλλάδα. τὸ πᾶν γὰρ ἡμῖν
 ‘ τῷ πολέμῳ φέρουσι αἱ νῆες. ἀλλ’ ἐμοὶ
 ‘ πείθεο. εἰ δὲ ταῦτα μὴ ποιήσεις, ἡμεῖς
 ‘ μὲν ὥς ἔχομεν ἀναλαβόντες τὰς οἰκέτας,
 ‘ κομιεύμεθα ἐς Σίριν τὴν ἐν Ἰταλίῃ, ἥπερ
 ‘ ἡμετέρη τέ ἐστι ἐκ παλαιῷ ἔτι, καὶ τὰ
 ‘ λόγια λέγει, ὑπ’ ἡμέων αὐτὴν ^ε δέειν
 ‘ κτιοῦναι· ὑμεῖς δὲ συμμαχῶν τοιῶνδε ^ε
 ‘ μνησθέντες, μεμνήσεσθε τῶν ἐμῶν λό-
 ‘ γων.’

Ξγ’. Ταῦτα δὲ Θερμοκλῆος λέγοντος,
 ἀνεδιδάσκετο Εὐρυβιάδης. δοκέειν δέ μοι,
 ἀρρώδησας μάλιστα τὰς Αθηναίους, ἀνεδι-
 δάσκετο, μή σφεας ἀπολίπωσι, ἣν πρὸς
 τὸν Ἰσθμὸν ἀγάγῃ τὰς νῆας. ἀπολιπόν-
 των γὰρ Αθηναίων, ἔκети ἐγίνοντο ἀξιό-
 μαχοι οἱ λοιποί. ταύτην δὲ αἰρέεται τὴν
 γνώμην, αὐτῷ μένοντας διαναυμαχέειν.

Ξδ’. Οὕτω μὲν οἱ περὶ Σαλαμῖνα,

^ε αὐτῶν. ^ε τοιούτων.

ἔπεσι ἀκροβολισάμενοι, ἐπεὶ τε Εὐρυβιά-
 δη ἔδοξε, αὐτῷ παρσκευάζοντο ὡς ναυ-
 μαχήσονται· ἡμέρη τε ἐγίνοιτο, καὶ ἅμα τῷ
 ἡλίῳ ἀνιόντι σεισμός ἐγένετο ἐν τε τῇ γῇ
 καὶ τῇ θαλάσῃ. ἔδοξε δέ σφι εὐχάζαι
 τοῖσι θεοῖσι, καὶ ἐπικαλέσασθαι τὰς Αἰα-
 κίδας συμμάχους. ὡς δέ σφι ἔδοξε, καὶ
 ἐποίησαν ταῦτα. εὐχάμενοι γὰρ πᾶσι τοῖσι
 θεοῖσι, αὐτόθεν μὲν ἐκ Σαλαμῖνος Αἴαντιά
 τε καὶ Τελαμῶνα ἐπεκαλέοντο· ἐπὶ δὲ
 Αἰακὸν καὶ τὰς ἄλλας Αἰακίδας νῆα ἀπέ-
 σελλον^α ἐς Αἴγιαν.

ξέ. Εφη δὲ Δικαῖος ὁ Θεοκύδης, ἀνὴρ
 Αθηναῖος, Φυγὰς τε καὶ παρὰ Μήδοισι
 λόγιμος γενόμενος τῷτον τὸν χρόνον, ἐπεὶ
 τε ἐκείρετο ἡ Ἀττικὴ χώρα ὑπὸ τῷ πεζῷ
 στρατῷ τῷ Ξέρξῃ, ἔββα ἐρῆμος Αθηναίων,
 τυχεῖν τότε εἰς ἅμα Δημαρήτῳ τῷ
 Λακεδαιμονίῳ ἐν τῷ Θριασίῳ πεδίῳ·
 ἰδεῖν δὲ κοινορτὸν^β χωρέοντα ἀπὸ Ελευ-
 σίνος, ὡς ἀνδρῶν μάλιστα κα^γ τρισμυρίων·

^α ἀπέστειλαν. ^β ἰδεῖν κοινορτὸν. ^γ μάλιστα κα.

qui altercationibus velitati fuerant circa Salaminem, quum illic sese appararent tanquam proelium navale facturi, dies illuxit: et simul oriente sole extitit terrae et maris motus; propter quod visum est votum diis faciendum, et ut Aeacidas in auxilium invocarent. Decretum factumque. Nam post omnibus diis vota nuncupata, illinc e Salamine et Ajacem et Telamonem invocaverunt, navemque ad Aeacum et alios Aeacidas Aeginam miserunt.

65. Narrabat autem Dicaeus Theocydides filius, vir Atheniensis, atque exul, et apud Medos factus illustris, per id tempus quo Attica regio Atheniensibus desolata, a pedestri Xerxis exercitu vastabatur, se forte fuisse una cum Demarato Lacedaemonio apud campum Thriasium, vidisseque pulverem triginta ferme millium virorum procedentem ab Eleusine;

et quum demirarentur quorumnam hominum esset ille pulvis, statim se audisse vocem, quae vox ipsi videretur Iacchus mysticus: et Demaratum (ut qui esset sacrorum quae fierent in Eleusine ignarus) interrogasse quidnam esset quod ita sonaret? seque dixisse, ‘ Demarate, non
 ‘ aberit quin grandis aliqua clades contingat regis copiis. Hoc enim palam
 ‘ est, quum Attica sit desolata, numen
 ‘ ab Eleusine resonans, venire auxilio Atheniensibus ac sociis: et siquidem in
 ‘ Peloponnesum incumbat, periculum ipsi
 ‘ regi erit, ejusque copiis quae sunt in
 ‘ continente: sin ad classem, quae ad Salaminem est, vertatur, periculum adibit
 ‘ rex, ne nauticum amittat exercitum.
 ‘ Haec autem solennia Athenienses quotannis celebrant Cereri atque Proserpinae; et his sacris quicumque vult etiam
 ‘ aliorum Graecorum initiatur: et vocem

ἀποθῶμάζειν τέ σφεας τὸν κονιορτὸν,
 ὅτεών κοτε εἴη ἀνθρώπων, καὶ πρόκα τε
 φωνῆς ἀκβεῖν, καὶ οἱ φαίνεσθαι τὴν φω-
 νὴν εἶναι τὸν μυσικὸν Ἰακχον. εἶναι δ' ἁ-
 δαήμονα τῶν ἱρῶν τῶν ἐν Ελευσίνι γινο-
 μένων τὸν Δημάρηλον· εἴρεσθαι τε αὐτὸν
 ὅτι τὸ φθεγγόμενον εἴη τῷτο. αὐτὸς δὲ
 εἶπαι, ‘ Δημάρηλε, ἔκ’ ἐστὶ ὅπως ἔ μέγά
 ‘ τι σῖνος ἔσαι τῇ βασιλῆος στρατῷ. τάδε
 ‘ γὰρ ἀρίσθηλα, ἐρήμῃ ἐσσης τῆς Ἀττικῆς,
 ‘ ὅτι θεῖον τὸ φθεγγόμενον, ἀπ’ Ελευσί-
 ‘ νος ἐὼν ἐς τιμωρίην Ἀθηναίοισι τε καὶ τοῖσι
 ‘ ζυμμάχοισι. καὶ ἦν μὲν γε καλασκήψῃ
 ‘ ἐς τὴν Πελοπόννησον, κίνδυνος αὐτῷ τε
 ‘ βασιλεῖ καὶ τῇ στρατῷ τῇ ἐν τῇ ἡπείρῳ
 ‘ ἔσαι· ἦν δὲ ἐπὶ τὰς νῆας τράπηλαι τὰς
 ‘ ἐν Σαλαμῖνι, τὸν ναυτικὸν στρατὸν κιν-
 ‘ δυνεύσει βασιλεὺς ἀποβαλέειν. τὴν δὲ
 ‘ ὀρτὴν ταύτην ἄγασσι Ἀθηναῖοι ἀνὰ πάν-
 ‘ τα ἔτεα τῇ μητρὶ καὶ τῇ κόρῃ^d, καὶ αὐ-
 ‘ τέων τε ὁ βεβλόμενος καὶ τῶν ἄλλων Ἐλ-

d MS. legit κύρη.

ἡ λήνων μυεῖται· καὶ τὴν φωνὴν τῆς ἀκρό-
 εως, ἐν ταύτῃ τῇ ὀρθῇ Ιακχάζουσι. πρὸς
 ταῦτα εἶπαι Δημάρητον, ὅτι Σίγα τέ καὶ
 μηδενὶ ἄλλῳ τὸν λόγον τῆτοκ εἶπης. ἢ
 γάρ τοι ἐς βασιλῆα ἀνενειχθῇ τὰ ἔπεα
 ταῦτα, ἀποβαλέεις τὴν κεφαλὴν· καὶ
 σε ὅτε ἐγὼ δυνήσομαι ῥύσασθαι, ὅτ'
 ἄλλος ἀνθρώπων ὕδεις. ἀλλ' ἔχ' ἥσυ-
 χος. περὶ δὲ στρατιῆς τῆςδε θεοῖσι μελή-
 σει· τὸν μὲν δὴ ταῦτα παραινέειν. ἐκ
 δὴ τῆς κονιορτῆς καὶ τῆς φωνῆς γενέσθαι νέ-
 φος, καὶ μεταρσιωθὲν, φέρεσθαι ἐπὶ Σαλα-
 μῖνος, ἐπὶ τὸ στρατόπεδον τὸ τῶν Ἑλ-
 λήνων. ὅττω δὲ αὐτὸς μαθεῖν ὅτι τὸ ναυ-
 τικὸν τὸ Ξέρξεω ἀπολέεσθαι μέλλοι,
 ταῦτα μὲν Δικαῖος ὁ Θεοκύδεας ἔλεγε,
 Δημαρήτης τε καὶ ἄλλων μαρτύρων κατὰ-
 πτόμενος.

85'. Οἱ δὲ ἐς τὸν Ξέρξεω ναυτικὸν
 στρατὸν ταχθέντες, ἐπειδὴ ἐκ Τρηχίνος
 θεησάμενοι τὸ τρώμα τὸ Λακωνικόν, διέ-

'quam audis, in hoc festo per Iacchum
 'emittunt.' Ad haec dixisse Demaratum,
 'Sile, neve alteri cuiquam hunc sermo-
 'nem dixeris. nam si ad regem referan-
 'tur haec verba, capite plecteris, ut nec
 'ego te nec alius quispiam hominum
 'queat eripere. quamobrem tene silen-
 'tium. haec autem expeditio diis curae
 'erit.' Hoc quidem Demaratum admo-
 nuisse. Ex illo autem pulvere ac voce
 coïisse nubem, eamque in sublime educ-
 tam, Salaminem versus ad Graecorum
 exercitum fuisse delatam. Ita ipsos didi-
 cisse nauticas Xerxis copias esse perituras.
 Haec Dicaeus Theocydis filius referebat,
 Demaratum atque alios testes citans.

66. Classiariae autem Xerxis copiae,
 ubi conspecta strage Laconum ex Tra-
 chine in Histiaeam trajecerunt, triduum

illic moratae, per Euripum navigabant, et intra totidem dies ad Phalerum praesto fuerunt. Nec vero minore (ut mihi videtur) numero, vel qui terra venerunt vel qui navibus, Athenas invaserunt, quam quum ad Sepiadem atque Thermopylas accesserunt. nam in supplementum eorum qui aut tempestate, aut ad Thermopylas, aut in navalibus ad Artemisium proeliis interierunt, hos substituam qui nondum regem tunc sequebantur, Melienses, Dorienſes, Locros, Boeotos, qui cum omni copia advenerunt, exceptis Theſpienſibus et Plataeenſibus: nec non Caryſtios, Andrios, Tenios, ac ceteros omnes inſulanos, praeter quinque civitates, quarum nomina ſuperius commemoravimus. nam quo magis penetrabat intro in Graeciam Perſes, eo plures eum nationes ſequebantur.

67. Qui omnes, exceptis Pariis, poſt-

ἔβησαν εἰς τὴν Ἰστιάην, ἐπιχόντες ἡμέρας
 τρεῖς, ἔπλων δι' Εὐρίπυ, καὶ ἐν ἑτέρῃσι
 τρισὶ ἡμέρησι ἐγένοντο ἐν Φαλήρῳ· ὥς μὲν
 ἐμοὶ δοκέειν^c, ἔκ ἐλάσσονες ἐόντες ἀριθμὸν,
 ἐσέβαλον εἰς τὰς Αθήνας, κατὰ τε ἠπει-
 ρον καὶ τῇσι νηυσὶ ἀπικόμενοι, ἢ ἐπεὶ τε
 Σηπιάδα ἀπικόντο καὶ εἰς Θερμοπύλας. ἀν-
 τιθήσω γὰρ τοῖσί τε ὑπὸ τῷ χειμῶνος
 αὐτέων ἀπολομένοισι, καὶ τοῖσι ἐν Θερμο-
 πύλῃσι, καὶ τῇσι ἐπ' Ἀρτεμισίῳ ναυμα-
 χίῃσι, τῆςδε τῆς τότε ἔκω ἐπομένους βα-
 σιλεῖ, Μηλίας, καὶ Δωρίας, καὶ Λοκρῆς,
 καὶ Βοιωτῆς, πανστρατιῇ ἐπομένους, πλὴν
 Θεσπείων τε καὶ Πλαταιέων· καὶ μάλα
 Καρυσίους τε καὶ Ἀνδρίους, καὶ Τηνίους τε
 καὶ τῆς λοιπῆς νησιώτας πάντας· πλὴν
 τῶν πέντε πολίων τῶν ἐπεμνήσθημεν^e
 πρότερον τὰ ἑνόμαλα. ὅσῳ γὰρ δὴ προσέ-
 βαινε ἐσωτέρῳ τῆς Ἑλλάδος ὁ Πέρσης,
 τοσούτῳ πλέω ἔθνεά οἱ εἶπετο.

ΞΖ'. Ἐπεὶ ὧν ἀπικάτο^g εἰς τὰς Αθή-

^c δοκέει. ^e ἐπεμνήσθη. ^g ἀπικάτο.

νας πάντες ἔτοι πλὴν^α Παρίων· Πάριοι δὲ ὑπολειφθέντες ἐν Κύθῳ, ἐκαρὰδόκεον τὸν πόλεμον τῇ ἀποθήσειαι· οἱ δὲ λοιποὶ ὥς ἀπίκοντο ἐς τὸ Φάληρον, ἐνθαῦτα κατέβη αὐτὸς Ξέρξης ἐπὶ τὰς νῆας, ἐθέλων σφι συμμίζειν τε καὶ πυθέσθαι τῶν ἐπιπλεόνων τὰς γνώμας. ἐπεὶ δὲ ἀπικόμενος προΐζειο, παρῆσαν μετὰ πεμπτοὶ οἱ τῶν ἐθνέων τῶν σφετέρων τύραννοι καὶ ταξίαρχοι ἀπὸ τῶν νηῶν, καὶ ἴζοντο, ὥς σφι βασιλεὺς ἐκάσῳ τιμὴν ἐδεδώκεε· πρῶτος μὲν, ὁ Σιδώνιος βασιλεὺς· μετὰ δὲ, ὁ Τύριος· ἐπὶ δὲ, ὧ' ἄλλοι. ὥς δὲ κόσμῳ ἐπεξῆς ἴζοντο, πέμψας Ξέρξης Μαρδόνιον, ἡρώτα, ἀποπειρώμενος ἐκάσῳ, εἰ ναυμαχίην ποιῶντο^β.

ξή'. Επεὶ δὲ περιῶν ἡρώτα ὁ Μαρδόνιος ἀρξάμενος ἀπὸ τῆς Σιδωνίης, οἱ μὲν ἄλλοι κατὰ τῷτὸ γνώμην ἐξεφέροντο, κελεύοντες ναυμαχίην ποιέεσθαι. Ἀρτεμισίη δὲ τάδε ἔφη, ' Εἴπέ μοι^γ πρὸς βα-

^α πάντες, πλὴν. ^β ποιούσιν. ^γ MS. εἶπέν μοι.

quam Athenas venire, et ad Phalerum, (Parii autem in Cythno relictī, quo bellum caderet expectabant) ceteri ergo ut venerunt ad Phalerum, ibi Xerxes ipse ad classem descendit, animo coetum classiariorum adeundi, et audiendi sententias. Eo profectus ubi praesedit, assidentibus qui accitu ejus ex navibus aderant, suae quibusque gentis tyrannis ac ordinum ductoribus, ut cuique rex honorem dederat; quorum primus erat Sidonius rex, tum Tyrius, deinceps alii. Sic ubi deinceps ordine confederunt, misit ad eos Mardonium tentandi gratia, sciscitatum singulos, an proelium navale facerent.

68. Posteaquam Mardonius a Sidonio exorsus, singulos circumiens interrogavit, ceteri quidem eandem dixere sententiam, jubentes fieri proelium: Artemisia vero, ‘ Haec, inquit, Mardonie,

' regi referas me dicere, quae in proeliis
 ' ad Euboeam gestis non ignavissima ex-
 ' titi, neque minima ostendi, domine.
 ' Sententiam vero quam habeo, aequum
 ' est me proferre quae in rem tuam ma-
 ' xime esse sentio. Itaque hoc tibi sua-
 ' deo, ut navibus parcas, nec proelium
 ' navale facias; illi enim viri tanto sunt
 ' tuis viris in mari praestantiores, quanto
 ' feminis viri. Quid vero necesse habes
 ' omnino venire in discrimen pugnae na-
 ' valis? nonne Athenas habes, quarum
 ' gratia expeditionem sumsisisti? nonne re-
 ' liquam Graeciam? ac nemo tibi obfif-
 ' tit. Qui tibi obsistebant, ita summoti
 ' sunt ut eos decebat. Quo autem ego
 ' exituras hostium res arbitror, id expo-
 ' nam: Si non instabis pugnae navali
 ' committendae, sed classem perges hic
 ' continere ad terram, aut etiam tendere

'σιλῆα, Μαρδόνιε, ὡς ἐγὼ τάδε λέγω,
 'ἔτε κακίστη γενομένη^d ἐν τῇσι ναυμα-
 'χίῃσι τῇσι πρὸς Εὐβοίῃ, ἔτε ἐλάχισα
 'ἀποδεξαμένη^e, δέσποια. τὴν δὲ ἔεσαν
 'γνώμην με δίκαιόν ἐστιν ἀποδείκνυσθαι,
 'τὰ τυγχάνω Φρονέεσα ἄριστα ἐς πρήγ-
 'ματα τὰ σά. καίτοι τάδε λέγω, Φεῖδες
 'τῶν νηῶν, μηδὲ ναυμαχίην ποίεεο. τοῖ
 'γὰρ ἄνδρες τῶν σῶν ἀνδρῶν κρέατονες
 'τοσούτον εἰσι κατὰ θάλασσαν, ὅσον ἄν-
 'δρες γυναικῶν. τί δὲ πάντως δέει σε
 'ναυμαχίῃσι ἀνακινδυνεύειν; οὐκ ἔχεις
 'μὲν τὰς Αῤῥήνας, τῶν περ εἵνεκα ὠρμή-
 'θης στρατεύεσθαι; ἔχεις δὲ τὴν ἄλλην
 'Ἑλλάδα; ἐμποδὼν δέ τοι ἴσαται ὁδεῖς·
 'οἱ δὲ τοι ἀντέστησαν, ἀπήλλαξαν ἔτω
 'ὡς ἐκείνοις ἔπρεπε. τῇ δὲ ἐγὼ δοκέω ἀ-
 'ποθήσεσθαι τὰ τῶν ἀντιπολέμων πρήγ-
 'ματα, τούτο φράσω· ἢν μὲν μὴ ἐπειχθῆς
 'ναυμαχίην ποιεύμενος, ἀλλὰ τὰς νῆας
 'αὐτῇ ἔχῃς πρὸς γῆ μένων, ἢ κὴ προβαί-

^d MS. κακίστην γενομένην. ^e MS. ἀποδεξαμένην.

ἔνων ἐς τὴν Πελοπόννησον, εὐπετέως τοι,
 δέσποια, χωρήσει τὰ νοέων ἐλήλυθας.
 ὃ γὰρ οἳοί τε πολλὸν χρόνον εἰσὶ τοι
 ἀντέχειν οἱ Ἕλληνες, ἀλλὰ σφεας δια-
 σκεδαῖς. καὶ δὲ πόλεις ἕκαστοι Φεύζον-
 ται. ὅτε γὰρ σῖτος παρὰ σφίσι ἐν τῇ
 νήσῳ ταύτῃ, ὡς ἐγὼ πυνθάνομαι, ὅτε
 αὐτὸς οἶκος, ἣν σὺ ἐπὶ τὴν Πελοπόν-
 νησον ἐλαύνῃς τὸν πεζὸν στρατὸν, ἀτρε-
 μέειν τὸς ἐκεῖθεν αὐτέων ἡκούσας· ὃδὲ
 σφι μελήσει πρὸ τῶν Ἀθηναίων ναυμα-
 χεῖν. ἣν δὲ αὐτίκα ἐπειχθῆς ναυμα-
 χῆσαι, δειμαίνω μὴ ὁ ναυτικὸς στρατὸς
 κακωθεῖς, τὸν πεζὸν προσδηλήσεται.
 πρὸς δὲ, ὦ βασιλεῦ, καὶ τόδε ἐς θυμὸν βά-
 λεο^h, ὡς τοῖσι μὲν χρηστοῖσι τῶν ἀνθρώ-
 πων κακοὶ δῆλοι φιλέεσι γίνεσθαι, τοῖσι
 δὲ κακοῖσι, χρηστοί. σοὶ δὲ ἔοντι ἀρίστῳ
 ἀνδρῶν πάντων, κακοὶ δῆλοι εἰσι· οἱ ἐν
 συμμαχῶν λόγῳ λέγονται εἶναι, ἔον-
 τες Αἰγυπτιοὶ τε καὶ Κύπριοι, καὶ Κίλα-

^ε διασκεδαῖς. ^δ προσδηλήσεται. ^h βασιλεῦ.

' in Peloponnesum, tunc tibi, domine,
 ' succedent ea quorum gratia venisti. ne-
 ' que enim diu tibi resistere Graeci pos-
 ' sunt, sed illos dissipēs, et ad suas qui-
 ' que urbes defugient; quoniam neque
 ' commeatus est eis in hac insula, ut ego
 ' audio, neque, si tu in Peloponnesum
 ' pedestres copias duces, hīc eos credi-
 ' bile est perstituros qui illinc huc adve-
 ' nerunt, neque de pugna pro Athenien-
 ' sibus facienda curaturos. At si pugnam
 ' navalem gerere approperabis, vereor ne
 ' copiae nauticae male re gesta insuper
 ' pedestribus sint exitio. Praeterea hoc
 ' etiam, rex, in animum demitte: usu
 ' venire, ut bonis quidem hominibus
 ' mali servi sint, malis autem boni. Ideo-
 ' que tibi (qui virorum omnium es opti-
 ' mus) servi sunt mali, qui numero socio-
 ' rum censentur, Aegyptii, Cyprii, Cili-

‘ces, Pamphyli, e quibus nulla utilitas
‘est.’

69. Haec loquente Artemisia, quicunque ei bene volebant, noxiam illi rebantur suam orationem, tanquam aliquid mali passurae ab rege, quem vetaret pugnam facere navalem: at ii qui male consultum illi volebant invidebantque, utpote cui inter primos sociorum omnium honos haberetur, gaudebant ejus sententia, tanquam periturae. Sed Xerxes, postquam ad eum sunt relatae sententiae, magno-pere delectatus est Artemisiae sententia; et quum jam antea seriam esse sensisset, tunc multo impensius laudavit. Nihilominus ut pluribus staretur jussit, ratus ad Euboeam suos sponte male pugnasse, quod videlicet ipse abfuisset: itaque constituit spectaculo pugnae navalis interesse.

70. Classiarii, ubi nunciatum est il-linc esse solvendum, classem Salaminem

‘κες, καὶ Πάμφυλοι, τῶν ὀφελός ἐσι
‘ἔδεν.’

ξθ'. Ταῦτα λεγέσης πρὸς Μαρδόνιον,
ὅσοι μὲν ἔσαν εὖνοοι τῇ Αρτεμισίῃ, συμ-
φορὴν ἐποιεῦντο τῆς λόγους, ὡς κακόν τι
πεισομένης πρὸς βασιλῆος, ὅτι οὐκ ἔα
ναυμαχίην ποιεέσθαι· οἱ δὲ ἀγαίόμενοί
τε καὶ Φθονέοντες αὐτῇ, ἅτε ἐν πρώτοισι
τετιμημένης¹ διὰ πάντων τῶν συμμά-
χων, ἐτέρποντο τῇ ἀνακρίσει, ὡς ἀπολεο-
μένης αὐτῆς. ἐπεὶ δὲ ἀνηνείχθησαν αἱ
γνώμαι ἐς Ξέρζεα, κάρτα τε ἦοδῃ τῇ
γνώμῃ τῆς Αρτεμισίης· καὶ νομίζων ἔτι
πρότερον σπευδαίην εἶναι, τότε πολλῶ
μᾶλλον αἶνεε. ὅμως δὲ τοῖσι πλείοσι πεί-
θεσθαι ἐκέλευε, τάδε καλαδόμενος· πρὸς μὲν
Εὐβοίῃ σφέας ἐθελοκακέειν, ὡς ἔπαρε-
όντος αὐτῷ, τότε δὲ αὐτὸς παρσκευάσθω
θεήσασθαι ναυμαχέοντας.

ό. Ἐπεὶ δὲ παρήγγελον ἀναπλώ-
ειν, ἀνῆγον τὰς νῆας ἐπὶ τὴν Σαλαμῖνα,

¹ τετιμημένη.

καὶ παρεκρίθησαν διαταχθέντες κατ' ἡσυχίην. τότε μὲν νυν ἔκ ἐξέχρησέ σφι ἡ ἡμέρη ναυμαχίην ποιεέσθαι. νύξ γὰρ ἐπεγένετο^α. οἱ δὲ παρεσκευάζοντο ἐς τὴν ὑστεραίην. τὰς δὲ Ἑλληνας εἶχε δέος τε καὶ ἄρρώδιη, ἔκ ἧκιστα δὲ τὰς ἀπὸ Πελοποννήσου. ἄρρώδεον δὲ, ὅτι αὐτοὶ μὲν ἐν Σαλαμῖνι κατήμενοι, ὑπὲρ γῆς τῆς Αθηναίων ναυμαχέειν μέλλοιεν· νικηθέντες τε, ἐν νήσῳ ἀπολαμφθέντες πολιορκήσονται, ἀπέντες τὴν ἐωϋτῶν ἀφύλακτον.

σα'. Τῶν δὲ βαρβάρων ὁ πεζὸς ὑπὸ τὴν παρεῦσαν νύκτα ἐπορεύετο ἐπὶ τὴν Πελοπόννησον· καίτοι τὰ δυνατὰ πάντα ἐμεμηχάνητο, ὅπως κατ' ἡπειρον μὴ ἐσβάλλοιεν οἱ βάρβαροι. ὥς γὰρ ἐπύθοντο τάχιστα Πελοποννήσιοι τὰς ἀμφὶ Λεωνίδην ἐν Θερμοπύλῃσι τετελευτήκεναι, συνδραμόντες ἐκ τῶν πολιῶν, ἐς τὸν Ἰσθμὸν ἵζοντο. καὶ σφι ἐπὶ ἤν ἑστρατηγὸς Κλεόμβροτος ὁ Αναξανδρίδης, Λεωνίδης δὲ ἀδελ-

^α ἰχνητο.

versus ducunt, et per otium in aciem sunt digesti. Sed quum eos dies defecisset quominus proelium committerent, (nox enim supervenit) in posterum diem sese instruebant: quum interim Graecos metus formidoque cepit, cum alios, tum vero non minime Peloponneses, quod ipsi desiderantes in Salamine, pro Atheniensium terra essent certaturi: qui si superarentur, in insula deprehensi forent obsidendi, sua terra sine praesidio relicta.

71. Per eandem noctem pedester exercitus barbarorum contendebat in Peloponnesum: quanquam cuncta quae poterant excogitata erant, ne barbari per continentem ingrederentur. Nam ubi Leonidem cum suis apud Thermopylas occubuisse accepere Peloponneses, celerissime ex urbibus concursu facto, Isthmum insederunt, duce Cleombroto Anaxandridae filio, Leonidae fratre. Ibi

confidentes, primum viam Scironidem obstruxerunt; deinde consilio inito Isthmum muro inaedificabant, opusque perficiebant, quippe nemine (quum tot milia virorum essent) cessante. nam et lapides et lateres et ligna, et cistas sabulo plenas afferebant; nullo temporis momento opus intermittentes, neque diurno neque nocturno.

72. Hi autem e Graecis fuerunt qui ad Isthmum auxilio cum omni copia venerunt: Lacedaemonii, et Arcades omnes, et Elei, et Corinthii, et Sicyonii, et Epidaurii, et Phliasii, et Troezenii, et Hermionenses. Hi fuerunt qui quidem auxilio venerunt, metuentes periclitanti Graeciae. Ceteris enim Peloponnensibus id nihil admodum curae erat, et Olympia jam et Carnia praeterierant.

73. Incolunt autem Peloponnesum

φεός. ἰζόμενοι δὲ ἐν τῷ Ἰοσμῷ, καὶ συγ-
χώσαντες τὴν Σκιρωνίδα ὁδὸν, μετὰ τῷτο
ὡς σφι ἔδοξε βυλευομένοισι, ὠκοδόμεον διὰ
τῷ Ἰοσμῷ τεῖχος· ἅτε δὴ ἐστέων μυρια-
δέων πολλέων, καὶ παντὸς ἀνδρὸς ἐργα-
ζόμενα, ἠνύετο τὸ ἔργον. καὶ γὰρ λίθοι,
καὶ πλίνθοι, καὶ ξύλα, καὶ Φορμοὶ ψάμ-
μος πλήρεις ἐσεφέροντο, καὶ ἐλίνυον ὕδενά
χρόνον οἱ βοηθήσαντες ἐργαζόμενοι, ἕτε
νυκτὸς, ἕτε ἡμέρης.

οβ'. Οἱ δὲ βοηθήσαντες ἐς τὸν Ἰοσμὸν
πανδημεῖ, οἷδε ἔσαν Ἑλλήνων· Λακεδαι-
μόνιοί τε, καὶ Ἀρκαῖδες πάντες, καὶ Ἡ-
λεῖοι, καὶ Κορίνθιοι, καὶ Σικυώνιοι, καὶ
Επιδαύριοι, καὶ Φλιάσιοι, καὶ Τροιζήνιοι,
καὶ Ἐρμιονέες. ἕτοι μὲν ἔσαν οἱ βοηθή-
σαντες, καὶ ὑπεράρρωδέοντες τῇ Ἑλλάδι
κινδυνεύσῃ· τοῖσι δὲ ἄλλοισι Πελοποννή-
σιοισι ἔμελε ὕδεν. Ολύμπια δὲ καὶ Κάρ-
χεια παροιχώκεε ἤδη.

ογ'. Οἰκέει δὲ τὴν Πελοπόννησον ἔθ-

h Hac duae voces καὶ πλίνθοι absunt ab MS.

νεα ἐπ' ἰά· τετέων δὲ τὰ μὲν δύο, αὐτόχ-
 θονα ἔοντα, καλὰ χώρην ἰδρυται· νῦν τε
 καὶ τοπάλαι οἴκεον, Ἀρκάδες, καὶ Κυνέ-
 ριοι. ἐν δὲ ἔθνος τὸ Ἀχαϊκόν, ἐκ μὲν Πε-
 λοποννήσου ἔκ ἐξεχώρησε, ἐκ μέντοι τῆς
 ἐωϋτῶν· οἴκέει δὲ τὴν ἀλλοτρίην. τὰ δὲ
 λοιπὰ ἔθνεα τῶν ἑπτὰ, τέσσαρα ἐπήλυ-
 δά ἐσι, Δωριέες τε καὶ Αἰτωλοὶ, καὶ Δρύο-
 πες, καὶ Λήμνιοι. καὶ^c Δωριέων μὲν, πολ-
 λαί τε καὶ δόκιμοι πόλεις· Αἰτωλῶν δὲ
 Ἡλῖς μέγη· Δρυόπων δὲ, Ἑρμίων τε^d,
 καὶ Ἀσίγη ἢ πρὸς Καρδαμύλῃ τῇ Λακωνι-
 κῇ· Λημνίων δὲ, Παρωρεῖται πάντες. οἱ
 δὲ Κυνέριοι αὐτόχθονες ἔοντες, δοκέουσι
 μῦθοι εἶναι Ἰωνες. ἐκδεδωρίευνται δὲ, ὑπὸ
 τε Ἀργείων ἀρχόμενοι, καὶ τῷ χρόνῳ
 ἔοντες Ὀρνεῖται^e, καὶ οἱ περίοικοι τε-
 τέων ὧν τῶν ἑπτὰ ἔθνέων αἱ λοιπαὶ πό-
 λεις πάρεξ τῶν κατέλεξα, ἐκ τῷ μέσῳ
 ἑκατέατο· εἰ δὲ ἐλευθέρως ἔξεσι εἶπαι,
 ἐκ τῷ μέσῳ κατήμενοι, ἐμῆδιζον.

^c Vocula ista ἔ desinitur MS. ^d Ἑρμιόνη τε. ^e Ὀρνιῆται

gentes septem, quarum duae indigenae eundem quem habitarunt olim locum nunc habitant, Arcades et Cynurii: una, Achaica, quae nunquam illa quidem e Peloponneso excessit, sed pristino loco egressa, alienum incolit: reliquae e septem sunt quatuor adventitiae, Dorienses, Aetoli, Dryopes, Lemnii. Ac Doriensium quidem multae sunt et insignes civitates: Aetolorum sola Elis: Dryopum autem Hermion et Asina, quae ad Cardamylam Laconicam sita est: Lemniorum autem, omnes Paroreatae. Cynurii autem, quum sint indigenae, soli putantur Iones esse, sed effecti sunt Dores, sub imperio Argivorum siti, et progressu temporis, quum essent Orneatae, itemque accolae. Harum igitur septem gentium ceterae praeter eas quas recensui, e medio cesserunt; et (si ingenue loqui fas est) e medio sedentes cum Medis sentiebant.

74. Apud Isthmum quidem in tali labore isti occupati erant, utpote pro omni jam cursu currentes, et nequaquam opinantes navibus se illustres futuros. Quae audientes illi qui in Salamine erant, formidine afficiebantur, non tam pro seipsis quàm pro Peloponneso solliciti; et adhuc quidem in eis vir viro adstans clanculum loquens admirabatur in Eurybiade consilii inopiam: tandem vero erupit in medium, conciliumque contractum est, et multa de hoc ipso dicebantur, ab his quidem, oportere in Peloponnesum navigare, et pro illa adire periculum, non autem manentes, pro captiva regione pugna decernere: ab Atheniensibus vero et Aeginetis et Megarensibus, satius esse illic manentes dimicare.

75. Ibi Themistocles, postquam sententia Peloponnesium evictus fuit, clanculum e concilio egressus, misit ad classem

οδ'. Οἱ μὲν δὴ ἐν τῷ Ιαθμῷ, τοιάτῳ
 πόνῳ συνέσασαν, ἅτε περὶ τῆ παντὸς ἡδὴ
 δρόμου θέοντες, καὶ τῇσι νηυσὶ ἐκ ἐλπίζοντες
 ἐλλάμψεσθαι· οἱ δὲ ἐν Σαλαμῖνι Ἕλλη-
 νες^f, ὅμως ταῦτα πυθανόμενοι, ἀρρώδεον,
 ἐκ ὅτῳ περὶ σφίσι αὐτοῖσι δειμαίνοντες,
 ὡς περὶ τῇ Πελοποννήσῳ· ἕως μὲν δὴ
 αὐτέων ἀνὴρ αἰδρὶ παρασὰς σιγῇ λόγον
 ἐποιέει, θῶμα ποιεύμενοις τὴν Εὐρυβιά-
 δεω ἀβελίην· τέλος δὲ, ἐξερράγη ἐς τὸ
 μέσον, σύλλογός τε δὴ ἐγίνεο, καὶ πολλὰ
 ἐλέγέο περὶ τῶν αὐτέων. οἱ μὲν, ὡς ἐς
 τὴν Πελοπόννησον χρεῶν εἶη ἀποπλώ-
 ει, καὶ περὶ ἐκείνης κινδυνεύειν, μηδὲ πρὸ
 χώρας δορυαλώτε μένοντας μάχεσθαι·
 Ἀθηναῖοι δὲ, καὶ Αἰγινῆται, καὶ Μεγαρέες,
 αὐτῆ μένοντας ἀμύνασθαι.

οέ'. Εὐθαῦτα Θεμισοκλῆς, ὡς ἐασθῆ-
 το τῇ γνώμῃ ὑπὸ τῶν Πελοποννησίων,
 λαθὼν ἐξέρχεται ἐκ τῆ συνεδρίας. ἐξελ-
 θὼν δὲ, πέμπει ἐς τὸ στρατόπεδον τὸ Μή-

^f Hacc vox "Ἕλληνες non est in MS. ^g ποιούμενος.

δων ἄνδρα πλοίῳ, ἐντειλάμενος τὰ λέ-
γειν χρεών· τῷ ἔνομα μὲν ἦν Σίκινος,
οἰκέτης δὲ καὶ παιδαγωγὸς ἦν τῶν Θε-
μισοκλῆος παίδων· τὸν δὴ ὕψερρον τεττέων
τῶν πρηγμάτων Θεμισοκλῆς Θεσπίεα
τε ἐποίησε, ὡς ἐπεδέκοντο οἱ Θεσπίεες
πολίτας, καὶ χρήμασι ὄλβιον. ὃς τότε
πλοίῳ ἀπικόμενος, ἔλεγε πρὸς τὰς στρα-
τηγὰς τῶν βαρβάρων τάδε, ‘ Επεμψέ με
‘ στρατηγὸς ὁ Αθηναίων λάθρη τῶν ἄλλων
‘ Ἑλλήνων, (τυγχάνει γὰρ Φρονέων τὰ
‘ βασιλῆος, καὶ βεβλόμενος μᾶλλον τὰ
‘ ὑμέτερα κατ’ ὑπερθε γενέσθαι ἢ τὰ τῶν
‘ Ἑλλήνων πρήγματα) Φράσσοντα ὅτι οἱ
‘ Ἕλληνες δρῆσμον βελεύονται καταρῥώ-
‘ δηκότες. καὶ νῦν παρέχει κάλλιστον ὑ-
‘ μέας ἔργων ἀπάντων ἐξεργάσασθαι, ἢν
‘ μὴ περιῖδητε διαδράντας αὐτὰς. ἔτε γὰρ
‘ ἀλλήλοισι ὁμοφρονέσι, ἔτε ἀντισησόν-
‘ ται ὑμῖν. πρὸς ἐωϋτὰς τε σφέας ὄψεσθε
‘ ναυμαχέοντας τὰς τὰ ὑμέτερα φρονέον-

Medorum navigium, cum quodam edocto
 quae dicere oporteret; cui nomen erat
 Sicino, domestico suo, atque eodem pae-
 dagogo liberorum suorum: quem post
 has res gestas ipse Thespiensem fecit,
 quando Thespienses in civitatem recipie-
 bant, atque locupletem. Is tunc navigio
 ad duces barbarorum profectus, haec in-
 quit; ‘ Dux Atheniensium, quod parti-
 ‘ bus regis favet, praeoptatque res vestras
 ‘ quàm Graecorum esse superiores, misit
 ‘ me clam aliis Graecis indicatum vobis,
 ‘ illos metu perculsos fugam facere velle,
 ‘ et nunc offerri vobis occasionem exe-
 ‘ quendi rem omnium praeclarissimam,
 ‘ nisi per negligentiam eos dilabi sinatis.
 ‘ nam neque inter se consentiunt, neque
 ‘ vobis amplius obsistent: sed inter se
 ‘ dimicantes cernetis eos qui vobiscum et

‘ eos qui contra vos sentiunt.’ Hac re Sīcinus indicata, ab illis abscessit.

76. Cui fidem habentes barbari, tum in insulam parvam nomine Psyttaleam, quae inter Salaminem et continentem sita est, multos Persarum trajiciunt, tum mediam circa noctem cornu quod ad occasum spectabat producunt Salaminem versus, eam circumituri: producunt autem qui circa Ceon et Cynosuram instructi erant, occupantes navibus omne fretum Munychia tenus. Ideo autem et naves producebant, ne qua Graecis liceret effugere: sed circumventi in Salamine poenam redderent procliorum ad Artemisium gestorum. Ad insulam autem Psyttaleam trajiciebant Persas ob hanc causam, tanquam commisso navali certamine, illuc praecipue ejiciendis et viris et nau-

‘τας, καὶ τὸς μή· ὁ μὲν, ταῦτά σφι ση-
μήνας, ἐκποδῶν ἀπαλλάσσειο·

οἷ. Τοῖσι δὲ ὡς πιστὰ ἐγένετο τὰ ἀγ-
γελθέντα, τῷτο μὲν, εἰς τὴν νησίδα τὴν
Ψυτρίαιαν, μελαζὺ Σαλαμῖνός τε κει-
μένην καὶ τῆς ἡπείρου, πολλὰς τῶν Περ-
σέων ἀπεβίβασαντο· τῷτο δὲ, ἐπειδὴ ἐγί-
νοντο μέσαι νύκτες, ἀνῆγον μὲν τὸ ἀπ’
ἐσπέρης κέρας κυκλόμενοι πρὸς τὴν Σα-
λαμίνα, ἀνῆγον δὲ οἱ ἀμφὶ τὴν Κέον τε
καὶ τὴν Κυνόσθραν τεταγμένοι, κατέχον
τε μέχρι Μενυχίης πάντα^a τὸν πορθμὸν
τῆσι νησί. τῶνδε δὲ εἵνεκα ἀνῆγον τὰς
νῆας, ἵνα δὴ τοῖσι Ἑλλησι μηδὲ Φυγέειν
ἔξῃ, ἀλλ’ ἀπολαμφθέντες ἐν τῇ Σαλα-
μῖνι, δοῖεν τίσιν τῶν ἐπ’ Ἀρτεμισίῳ ἀγω-
νισμάτων. εἰς δὲ τὴν νησίδα τὴν Ψυτρί-
αιαν καλεομένην ἀπεβίβαζον τῶν Περ-
σέων τῶνδε εἵνεκα, ὡς ἐπεὶ γένῃαι ναυ-
μαχίῃ, ἐνθαῦτα μάλιστα ἐξοισομένων τῶν
τε ἀνδρῶν καὶ τῶν ναυηγίων (ἐν γὰρ δὴ

^a Pro hac voce πάντα legitur in MS. παρὰ.

πόρῳ ναυμαχίης τῆς μελλούσης ἔσεσθαι
 ἔκειτο ἢ νῆσος) ἵνα τὸς μὲν περιποιῶσι,
 τὸς δὲ διαφθείρωσι. ἐποίουν δὲ σγῇ ταῦ-
 τα, ὥς μὴ πυνθανοίατο οἱ ἐναντίοι. οἱ
 μὲν δὴ ταῦτα τῆς νυκτός, ὕδεν ἀποκοι-
 μηθέντες, παραρτέοντο.

οζ'. Χρησμῶσι δὲ ἔκ ἔχω ἀντιλέγειν
 ὥς ἔκ εἰσὶ ἀληθεές, ὃ βυλόμενος ἐναργέως
 λέγοντας πειρᾶσθαι κατεβάλλειν, ἐς τοιά-
 δε πρήγματα ἐσβλέψας,

Ἀλλ' ὅταν Ἀρτέμιδος χρυσάορον ἱερὸν ἀκτὴν
 Νηυσὶ γεφυρώσῃσι, καὶ ἐπαλίην Κυρόσυραν,
 Ἐλπίδι μαυρομένη λιπαρὰς πέρσαντες Αθήνας,
 Δῖα δίκη σβέσσει κρατερὸν κόρον, ὕβρις υἱὸν,
 Δεινὸν μαμμώνια, δοκεῦντ' ἀνὰ πάντα πυθίεσθαι.
 Χαλκὸς γὰρ χαλκῷ συμμίξειαι, αἵματι δ' Ἀρης
 Πόντον φοινίξει· τότε ἐλεύθερον Ἑλλάδος ἦμαρ
 Εὐρύοπα Κρονίδης ἐπάγει, καὶ πότνια Νίκη.

ἐς τοιαῦτα μὲν καὶ ἔτῳ ἐναργέως λέγοντι
 Βάκιδι ἀντιλογίης χρησμῶν πέρι, οὗτο
 αὐτὸς λέγειν τολμέω, ἔτε παρ' ἄλλων
 ἐνδέχομαι.

fragilis, (erát enim insula in trajectu, ubi futura erat pugna, sita) hos quidem servarent, alios vero interimerent. Hoc autem ne hostes sentirent, clanculum egere. Atque ita illi nulla noctis parte concessa somno parabantur.

77. In has ego res intuens, non habeo adversari oraculis tanquam non veris, nolens evidenter loquentia conari refellere;

Auricomae densis ubi litora sacra Dianae
 Navibus infernent et litoream Cynosuram,
 Spe stolidi fortes quod Athenas dilacerarunt,
 Compescet juvenem meritissima poena superbum,
 Instinctum furiis, sibi cedere cuncta putantem.
 Nam miscebitur aes aeri, mars sanguine pontum
 Inficiet: Graiis tunc libera tempora reddet
 Saturno genitus, simul et Victoria pollens.

Quum ita evidenter in his a Bacide dicatur, profecto de contradicendo oraculis neque ipse ausim dicere, neque ab aliis dici sustineam.

78. Porro inter duces qui in Salamine erant ingens conflata est rixa, nondum scientes a barbarorum navibus se circumveniri; sed sicut per diem viderant eos collocatos, ita existimabant eos illo ordine manere.

79. Quibus congregatis, applicuit ex Aegina Aristides Lysimachi filius, Atheniensis quidem, sed testa in exilium a populo ejectus, quem ego, ut ejus mores accepi, virum optimum fuisse Athenis atque justissimum censui. Hic vir concilio assistens, Themistoclem evocavit, non amicum sibi, sed in primis inimicum: verum prae magnitudine praesentium malorum oblitus simultatum, evocavit hominem colloquendi gratia. praesenserat enim Peloponneses maturare ad Isthmum classem reducere. Qui, quum prodisset Themistocles ad eum, inquit, ‘ Nos et

οή. Τῶν δὲ ἐν Σαλαμῖνι στρατηγῶν
ἐγένετο ὠθισμὸς λόγων πολλός. ἤδεσαν
δὲ ἔκω ὅτι σφέας περιεκυκλέοντο^β τῇσι
νηυσὶ οἱ βάρβαροι ἀλλ' ὥσπερ τῆς ἡμέ-
ρης ὥρων αὐτὰς τεταγμένους, ἐδόκεον καλὰ
χώρην εἶναι.

οθ'. Συνεσηκότων δὲ τῶν στρατηγῶν,
ἔξ Αἰγίνης διέβη Αρισείδης ὁ Λυσιμάχης,
ἀνὴρ Αθηναῖος μὲν, ἔξωστρακισμένος δὲ ὑπὸ
τῷ δήμῳ. τὸν ἐγὼ νενόμικα, πυνθανόμενος
αὐτῷ τὸν τρόπον, ἄριστον ἄνδρα γενέσθαι
ἐν Αθήνῃσι καὶ δικαιοτάτον. ἔτος ὡ' νῆρ' ἑαὶ
ἐπὶ τὸ συνέδριον, ἐξεκαλέετο Θεμισοκλῆα,
ἔόντα μὲν ἐωϋτῷ ἔ φίλον, ἐχθρὸν δὲ τα-
μάλισα. ὑπὸ δὲ μεγάθεος τῶν παρεόντων
κακῶν, λήθην ἐκείνων ποιεύμενος ἐξεκα-
λέετο, θέλων αὐτῷ συμμίξει. προακήκοε
δὲ ὅτι σπεύδοιεν οἱ ἀπὸ Πελοποννήσου
ἀνάγειν τὰς νῆας πρὸς τὸν Ἰσθμόν. ὡς δὲ
ἐξῆλθέ οἱ Θεμισοκλῆης, ἔλεγε Αρισείδης
τάδε· ' Ἡμέας σασιάζειν χρεὼν ἐστὶ ἐν

^β περιεκυκλέοντο.

‘ τῷ ἄλλῳ καιρῷ, καὶ δὴ καὶ ἐν τῷδε,
 ‘ περὶ τῇ ὀκότερος ἡμέων πλέω ἀγαθὰ
 ‘ τὴν πατρίδα ^c ἐργάσεται. λέγω δέ τοι
 ‘ ὅτι ^d ἴσόν ἐσι πολλά τε καὶ ὀλίγα
 ‘ λέγειν περὶ ἀποπλός τῇ ἐνθεῦτεν Πε-
 ‘ λοποννησίοισι. ἐγὼ γὰρ αὐτόπτης τοι
 ‘ λέγω γεγόμενος, ὅτι νῦν, ὃδ’ ἦν θέλωσι
 ‘ Κορίνθιοί τε καὶ αὐτὸς Εὐρυβιάδης οἰοί-
 ‘ τε ἔσονται ἐκπλῶσαι. περιεχόμεθα
 ‘ γὰρ ὑπὸ τῶν πολεμίων κύκλῳ· ἀλλ’
 ἐσελθὼν σφι ταῦτα σήμηνον.

π’. ‘Ο δ’ ἀμείβετο τοῖσδε, ‘ Κάρτα
 ‘ τε χρηστὰ διακελεύεαι, καὶ εὖ ἡγγει-
 ‘ λας. τὰ γὰρ ἐγὼ ἐδεόμην γενέσθαι,
 ‘ αὐτὸς αὐτόπτης γεγόμενος, ἦκεις. ἴασι
 ‘ γὰρ ἐξ ἐμέο τὰ ποιούμενα ὑπὸ Μή-
 ‘ δων. ἔδεε γὰρ ὅτε ἐκ ἐκόντες ἔθελον
 ‘ εἰς μάχην κατίσασθαι οἱ Ἕλληνες, ἀέ-
 ‘ κοντας παρασήσασθαι. σὺ δὲ, ἐπείπερ
 ‘ ἦκεις χρηστὰ ἀπαγγέλλων, αὐτὸς σφι
 ‘ ἀγγειλον. ἦν γὰρ ἐγὼ αὐτὰ λέγω,

^c τῇ πατρίδι. ^d λέγω δὲ ὅτι.

6 alio tempore et hoc ipso contendere de-
 6 bemus inter nos hac de re, uter nostrum
 6 de patria praeclarius mereatur. te vero
 6 certiolem facio, peraeque esse Pelopon-
 6 nensibus multa verba facere ac pauca
 6 de abducendis hinc navibus. Ego enim
 6 tibi quod ipsemet vidi, refero: nunc, ne
 6 si velint quidem, Corinthios atque ipsum
 6 Eurybiadem enavigare posse, quoniam
 6 circumdati ab hostibus undique sumus:
 quare ingressus eis haec indicato.

80. Cui respondens Themistocles,
 6 Utilia valde, inquit, jubes, ac bene an-
 6 nunciasti. Nam quae ego precabar ut
 6 fierent, ea ipse tu conspiciatus fieri, ve-
 6 nis. ut enim scias, quae fiunt a Medis,
 6 per me fiunt: quoniam opus factum fuit,
 6 ut Graeci qui nolebant sua sponte ad
 6 pugnam descendere, descenderent inviti.
 6 Tu vero, quandoquidem utilia nuncia-
 6 tum venis, ipse illis nunciato. Quoniam

‘ si ego retulero, videbor rem commen-
 ‘ ticiam dicere, nec persuadebo, tanquam
 ‘ non hoc agentibus barbaris. Itaque
 ‘ tute ingressus, uti res habet ipse illis re-
 ‘ feras. Quod ubi feceris, si tibi fidem
 ‘ habebunt, optime habet; sin’ minus;
 ‘ perinde nobis erit. neque enim si un-
 ‘ dique circumdati sumus, ut tu ais, am-
 ‘ plius isti defugient.’

81. Aristides concilium introgressus,
 eadem retulit, dicens se ex Aegina venisse,
 et aegre elapsus, latendo stationem hos-
 tium. Omnem enim classem Graecorum,
 a Xerxis classe circumventam; ideoque
 hortari se, ut ad defensionem sui illi sese
 praepararent. Hacc loquutus Aristides,
 retro abiit. Rursus autem inter duces
 altercatio orta, plerisque eorum fidem
 nuncio non habentibus.

82. Quibus non credentibus advenit
 triremis transfuga virorum Teniorum, cui

‘δύξω πλάσας λέγειν, καὶ ὃ πείσω,
 ‘ὥς ὃ ποιούντων τῶν βαρβάρων ταῦτα.
 ‘ἀλλὰ σφι σήμερον αὐτὸς παρελθὼν ὥς
 ‘ἔχει. ἐπεὰν δὲ σημήνης, ἦν μὲν πεί-
 ‘θωνται, ταῦτα δὴ τὰ κάλλιψα· ἦν δὲ
 ‘αὐτοῖσι μὴ πιστὰ γένηται, ὁμοῖον ἡμῖν
 ‘ἔσαι. ὃ γὰρ ἔτι διαδρήσονται, εἴπερ
 ‘περιεχόμεθα πανταχόθεν, ὥς σὺ λέ-
 ‘γεις.

πα'. Ταῦτα ἔλεγε παρελθὼν ὁ Αρι-
 στείδης, Φάμενος ἐξ Αἰγίνης τε ἦκειν, καὶ
 μόγισ ἐκπλῶσαι λαθὼν τῆς ἐπορμέονίης·
 περιέχεσθαι γὰρ πᾶν τὸ στρατόπεδον τὸ
 Ἑλληνικὸν ὑπὸ τῶν νεῶν τῶν Ξέρξεω·
 παραρτέεσθαι τε συνεβέλενε, ὥς ἀλεξή-
 σομένους. καὶ ὁ μὲν, ταῦτα εἶπας, μετε-
 σήκεε· τῶν δὲ αὐτὶς ἐγένετο λόγων ἀμ-
 φισβησίη. οἱ πλεῖνες γὰρ τῶν στρατηγῶν
 ἔκ ἐπείθοντο τὰ ἑξαγγελθέντα.

πβ'. Απιστεόντων δὲ τετέων, ἦκε τριή-
 ρης ἀνδρῶν Τηνίων αὐτομολέεσα, τῆς

ἤρχε ἀνὴρ Παναίτιος ὁ Σωσιμέμενος, ἧς
 περ δὴ ἔφερε τὴν ἀληθείην πᾶσαν. διὰ δὲ
 τῆτο τὸ ἔργον ἐνεγράφησαν Τήνιοι ἐν
 Δελφοῖσι ἐς τὸν τρίποδα, ἐν τοῖσι τὸν
 βάρβαρον κατελῶσι. σὺν δὲ ὦν ταύτῃ
 τῇ νηϊ τῇ αὐτομολησάσῃ ἐς Σαλαμῖνα,
 καὶ τῇ πρότερον ἐπ' Ἀρτεμίσιον τῇ Δημ-
 νίῃ, ἐξεπληρῶτο τὸ ναυτικὸν τοῖσι Ἑλ-
 λησι ἐς τὰς ὀγδώκοντα καὶ τριηκοσίας νῆας·
 δύο γὰρ δὴ νηῶν τότε κατέδρε ἐς τὸν
 εἰριθμόν.

πγ'. Τοῖσι δὲ Ἑλλησι ὡς πιπρὰ δὴ τὰ
 λεγόμενα ἦν τῶν Τηνίων ῥήματα, παρε-
 σκευάζοντο ὡς ναυμαχήσοντες. ἡὼς τε
 διέφαινε, καὶ οἱ σύλλογον τῶν ἐπιβατέων
 ποιησάμενοι προηγόρευε εὖ ἔχοντα μὲν
 ἐκ πάντων Θεμισοκλῆς, τὰ δὲ ἔπεα ἦν
 πάντα κρέσσω τοῖσι ἥσσοσι ἀντιτιθέμενα,
 ὅσα δὲ ἐν ἀνθρώπῳ φύσι καὶ κατασάσι ἐγ-
 γίνεσθαι, παραινέσας δὴ τετέων τὰ κρέσσω
 αἰρέεσθαι, καὶ καταπλέξας τὴν ῥῆσιν, ἔφ-

c MS. ἡὼς τε δὴ ἴραινε.

præerat Panaetius Sofimenis filius, quæ omnem veritatem attulit. Cujus facti nomine Tenii in tripode qui Delphis dedicatus est, inter eos qui barbarum debellarunt, scripti fuere. Ex hac autem navi quæ ad Salaminem et altera quæ ad Artemisium transfugit Lemnia, expleta est Graecorum classis trecentarum et octoginta navium. duæ namque prius ad explendum numerum defuerant naves.

83. Graeci, ubi eis verba Teniorum fecerunt fidem, sese apparaverunt tanquam dimicaturi. Et sub diluculum, quum propugnatorum coetum fecissent, Themistocles ex omnibus quæ expedirent præciplebat: cujus orationis summa erat, meliorum cum pejoribus comparatio, quaecunque in hominis natura atque industria existunt, exhortatus ut meliora

eligerent. Ubi peroravit, jussit illos ingredi naves. quibus ingressis, rediit ab Aegina triremis quae profecta ad Aeacidas erat, moxque omnes naves Graeci solverunt.

84. In quos moventes continuo barbari sunt inveci. Ibi ceteri quidem Graeci quum inhiherent remis, cessimque irent, Aminias Pallenensis, vir Atheniensis, e-veetus navi in hostilem incurrit: cui implicitus quum haereret, nec abstrahi posset, ita ceteri venientes auxilio conferti sunt. Hunc in modum ajunt Athenienses extitisse initium pugnae: Aeginetae vero, navem quae ad Aeacidas abierat fecisse initium. Quanquam etiam hoc refertur, simulacrum mulieris fuisse eis oblatum: et quum apparuisset, ita illos exhortatum ut omnis Graecorum exercitus exaudierit: sed prius his verbis convi-

βαίνειν ἐκέλευε ἐς τὰς νῆας. καὶ ἔτοι μὲν
 δὴ ἐσέβαινον, καὶ ἦκε ἡ ἀπ' Αἰγίνης τριή-
 ρης, ἡ κατὰ τοὺς Αἰακίδας ἀπεδήμησε.
 ἐνθαῦτα ἀνῆγον τὰς νῆας ἀπάσας οἱ Ἕλ-
 ληνες.

πεδ'. Αναγομένοισι δέ σφι, αὐτίκα ἐπε-
 κέατο οἱ βάρβαροι. οἱ μὲν δὴ ἄλλοι Ἕλ-
 ληνες ἐπὶ πρύμνην ἀνεκρόοντο, καὶ ὤκελον
 τὰς νῆας. Αμεινίης δὲ Παλληνεὺς, ἀνὴρ
 Αθηναῖος, ἔξαναχθεὶς, νηὶ ἐμβάλλει.
 συμπλακείσης δὲ τῆς νηὸς, καὶ ἔδυναμέ-
 νων ἀπαλλαγῆναι, ἔτω δὴ οἱ ἄλλοι Α-
 μεινίῃ βοηθέοντες συνέμισγον. Αθηναῖοι
 μὲν ἔτω λέγῃσι γενέσθαι τῆς ναυμαχίης
 τὴν ἀρχήν. Αἰγινῆται δὲ, τὴν κατὰ τὰς
 Αἰακίδας ἀποδημήσασαν ἐς Αἴψιναν, ταύ-
 την εἶναι τὴν ἄρξασαν. λέγεται δὲ καὶ
 τάδε, ὡς φάσμα σφι γυναικὸς ἐφάνη· φα-
 νεῖσαν δὲ διακελεύσασθαι, ὥστε καὶ ἅπαν
 ἀκῆσαι τὸ στρατόπεδον τῶν Ἑλλήνων·
 ἐνειδίσασαν πρότερον τάδε, ὦ δαιμό-

‘ υιοι, μέχρι κόσου ἔτι πρύμνην ἀνακρέε-
 ‘ ωδε;’

πέ. Κατὰ μὲν δὴ Αθηναίους ἐτετά-
 χαλο Φοίνικες· ἔτοι γὰρ εἶχον τὸ πρὸς
 Ἐλευσίνος τε καὶ ἐσπέρης κέρας. κατὰ
 δὲ Λακεδαιμονίους, Ἴωνες· ἔτοι δ’ εἶχον
 τὸ πρὸς τὴν ἡῶ τε καὶ τὸν Πειραιέα.
 ἐθελοκάκεον μέντοι αὐτέων, κατὰ τὰς
 Θεμισοκλέους ἐντολάς, ὀλίγοι, οἱ δὲ πλεῖ-
 κες, ὅ. ἔχω μὲν νυν συχνῶν ἐνόματα
 τριηφάρχων καταλέξαι, τῶν νῆας Ἑλ-
 ληνίδας ἐλόντων· χρήσομαι δὲ αὐτοῖσι
 ἔδεν, πλὴν Θεομήτορος τε τῆ Ανδροδά-
 μαντος, καὶ Φυλάκου τῆ Ἰστιάς, Σα-
 μίων ἀμφοτέρων. τῶδε εἵνεκα μέμνημαι
 τούτων μένων, ὅτι Θεομήτωρ μὲν διὰ
 τούτο τὸ ἔργον Σάμῃ ἐτυράννευσε, κα-
 ταστησάντων τῶν Περσέων· Φύλακος δὲ,
 εὐεργέτης βασιλῆος ἀνεγράφη, καὶ χώ-
 ρη οἱ ἐδωρήθη πολλή. οἱ δ’ εὐεργέται
 τῆ βασιλῆος, ὀρθοάγχοι καλέονται Περσ.

tatum, ‘ O imperiti, quousque remis in-
‘ hibebitis?’

85. Ceterum adversus Athenienses instructi erant Phoenices. nam hi cornu tenebant quod ad Eleusinem occidentemque vergebat. Adversus Lacedaemonios instructi erant Iones. hi autem cornu tenebant quod ad auroram spectabat et Piraeum: quorum pauci admonitu Themistoclis de industria ignave agebant, plerique minime. Enimvero complurium trierarchorum nomina commemorare possem, qui Graecas naves expugnare: sed neminem nominabo praeter Theomestorem Androdamantis filium, et Phylacon Histiaei filium, ambos Samios. quorum duntaxat ideo mentionem facio, quod Theomestor ob hanc navatam operam a Persis tyrannus Sami sit creatus: Phylacus inter bene de rege meritos adscriptus sit, et multo tractu soli donatus. Bene meriti autem de rege, Persica lin-

gua Orosangae vocantur. De his quidem ita res habet.

86. Multitudo autem navium ad Salaminem lacerabatur, partim ab Atheniensibus corrupta, partim ab Aeginetis, utpote Graecis servato ordine ac loco certantibus, barbaris et inkomposite et inkomulte agentibus: ut non eventurum illis esset aliud quam evenit. quanquam eo die fuerunt atque extiterunt longe se ipsis praestantiores, quàm ad Euboeam extiterant, pro se quisque adnidentes, ac Xerxem reformidantes, et quod ab rege se singuli konspektum iri arbitrabantur.

87. Et de aliis quidem vel barbarorum vel Graecorum singulatim, quomodo dimicaverint, non possum pro komperto referre. Circa Artemisiam vero hoc rei gestum, ex quo impensius illa regi kommendata est: Posteaquam regiae res magno tumultu misceri coeperunt, hoc inte-

σις. περὶ μὲν νυν τέτῃς οὕτω εἶχε.
 πς'. Τὸ δὲ πλῆθος τῶν νηῶν ἐν τῇ
 Σαλαμῖνι ἐκεραΐζετο, αἱ μὲν, ὑπ' Αθη-
 ναίων διαφθειρόμεναι, αἱ δὲ, ὑπὸ Αἰγινή-
 τέων. ἄτε γὰρ τῶν μὲν Ἑλλήνων σὺν
 κόσμῳ ναυμαχεόντων κατὰ τάξιν, τῶν
 δὲ βαρβάρων ὁ τεταγμένων ἔτι, ὅτε σὺν
 νόῳ ποιεόντων ὕδεν, ἔμελλε τοιῦτό σφι
 συνοίσεσθαι οἷόν περ ἀπέβη. καὶ τοι ἔσαν
 γέ κ' ἐγένοντο ταύτην τὴν ἡμέρην μακρῶ
 ἀμείνονες αὐτοὶ ἐωυτῶν, ἢ πρὸς Εὐβοίῃ,
 πᾶς τις προθυμέομενος κ' δειμαίνων Ξέρ-
 ξην· ἐδόκεε τε ἕκαστος ἐωυτὸν θεήσεσθαι
 βασιλῆα.

πζ'. Κατὰ μὲν δὴ τῆς ἄλλης, οὐκ
 ἔχω μέξετερές εἶπαι ἀτρεκέως, ὥς ἕκα-
 σοι τῶν βαρβάρων ἢ τῶν Ἑλλήνων ἡγω-
 νίζοντο· κατὰ δὲ Ἀρτεμισίην τάδε ἐγένετο,
 ἀπ' ὧν εὐδοκίμησε μᾶλλον ἔτι παρὰ βα-
 σιλῆϊ. ἐπεὶ γὰρ ἑς Δόρυβον πολλὸν
 ἀπῖκετο τὰ βασιλῆος πρήγματα, ἐν τέ-

^f ἐπὶ γὰρ.

τῷ τῷ καιρῷ ἡ νῆς ἡ Ἀρτεμισίης ἐδύ-
 κετο ὑπὸ νηὸς Ἀττικῆς· καὶ ἡ ἐκ ἔχουσα
 διαφυγέειν, (ἐμπροσθεν γὰρ αὐτῆς ἔσαν
 ἄλλαι νῆες Φίλιαι, ἡ δὲ αὐτῆς πρὸς τῶν
 πολεμίων μάλις ἐτύγχανε εὔσα) ἐδοξέ
 οἱ τόδε ποιῆσαι, τὸ καὶ συνήνεικε ποιη-
 σάση. διωκομένη γὰρ ὑπὸ τῆς Ἀττικῆς,
 φέρουσα ἐνέβαλε νηὶ Φιλίῃ, ἀνδρῶν τε
 Καλυνδέων, καὶ αὐτῇ ἐπιπλέοντος τοῦ
 Καλυνδέων βασιλῆος Δαμασιθύμῃ. εἰ μὲν
 καὶ τι νείκος πρὸς αὐτὸν ἐγεγόνεε ἔτι
 περὶ Ἑλλήσποντον ἔόντων, ὃ μέντοι ἔχω
 γε εἶπαι, ὅτε εἰ ἐκ προνοίης αὐτὰ ἐποί-
 ησε, ὅτε εἰ συνεκύρησε ἡ τῶν Καλυνδέων
 κατὰ τύχην παραπεσῶσα νῆς. ὥς δὲ
 ἐνέβαλέ τε καὶ κατέδυσε, εὐτυχίῃ χρη-
 σαμένη, διπλᾷ ἐωϋτὴν ἀγαθὰ ἐργάσατο.
 ὅ,τε γὰρ τῆς Ἀττικῆς νηὸς τριήραρχος,
 ὥς εἶδὲ μιν ἐμβάλλουσαν νηὶ ἀνδρῶν βαρ-
 βάρων, νομίσας τὴν νῆα τῆς Ἀρτεμισίης
 ἢ Ἑλληνίδα εἶναι, ἢ αὐτομολέειν ἐκ τῶν

rim tempore Artemisia, quum navem suam navis Attica insequeretur, nullum habens effugium, quia ante ipsam aliae naves amicae, sua vero proxima hostibus erat, hoc sibi putavit faciendum, quod et fecisse profuit. nam ut fugiebat Atticam navem, in navem sociam, quae erat virorum Calyndensium, impegit, quaque rex ipse Calyndensium Damasithymus vehebatur. Cum quo etsi huic jam inde quum essent in Hellesponto, contentio interceserat, tamen incertum utrum consulto id fecerit, an fortuito navis Calyndensium praeternavigans oblata fuerit. Eam Artemisia ubi incurrit pariter ac demersit, prospero casu usa et duplex hinc sibi bonum est adepta. nam trierarchus Atticae navis eam conspicatus incurrisse in barbarorum virorum navem, existimans hanc Artemisiae navem aut Graecam esse, aut

e barbaris profugere, et a Graecis pugnare, ab hac ad alias se convertit.

88. Ita ex hoc facto contigit Artemisiae tum ut exitium evitaret, nec interiret; tum ut e malo opere praecipue se probatam apud Xerxem redderet. siquidem fertur, quum rex spectans animadvertisset hanc navem alteri incurrisse, quendam eorum qui aderant dixisse, ‘Cernis Artemisiam, domine, ut bene proeliatur, utque navem hostilem depressit?’ Et regem interrogasse nunquid vere id opus Artemisiae esset: et illos, utpote qui plane nossent insigne navis, ita rem habere adfirmasse, ratos eam navem quae corrupta esset, hostilem fuisse. nam praeter cetera quae mulieri (ut dictum est) prospere cesserunt, hoc quoque accessit, quod e navi Calyndensi nemo servatus est qui existeret accusator. Unde Xerxem ferunt ad ea quae narrabantur

βαρβάρων, καὶ αὐτοῖσι ἀμύνειν, ἀποσρέ-
ψας, πρὸς ἄλλας ἐτράπελο.

πή. Τῷτο μὲν, τοῖστω αὐτῇ συνήκει-
κε γενέσθαι διαφυγέειν τε καὶ μὴ ἀπο-
λέσθαι· τῷτο δὲ συνέβη ὥστε κακὸν ἔρ-
γασαμένην, ἀπὸ τετέων αὐτὴν μάλιστα
εὐδοκιμῆσαι παρὰ Ξέρξῃ. λέγεται γάρ,
βασιλῆα θεούμενον, μαθεῖν τὴν νῆα ἐμ-
βαλῶσαν, καὶ δὴ τινα εἶπαι τῶν παρε-
όντων, ‘ Δέσποτα, ὄρᾳς Ἀρτεμισίην ὥς
‘ εὖ ἀγωνίζεται, καὶ νῆα τῶν πολεμίων
‘ κατέδυσε; καὶ τὸν ἐπείρεσθαι εἰ ἀλη-
θές ἐστὶ Ἀρτεμισίης τὸ ἔργον· καὶ τὴς
Φάναι, σαφέως^β τὸ ἐπίσημον τῆς νηὸς
ἐπισαμένους· τὴν δὲ διαφθαρεῖσαν ἠπι-
σέατο εἶναι πολεμίνην. τά τε γὰρ ἄλ-
λα, ὡς εἴρηται, αὐτῇ συνήκεικε ἐς εὐ-
τυχίην γενόμενα, καὶ τὸ τῶν ἐκ τῆς
Καλυνδικῆς νηὸς μηδένα ἀποσωθέντα κα-
τήγορον γενέσθαι. Ξέρξην δὲ εἶπαι λέ-
γεται πρὸς τὰ Φραζόμενα, ‘ Οἱ μὲν

^β σαφῶς.

‘ ἄνδρες, γεγόνασί μοι γυναῖκες· αἱ δὲ
 ‘ γυναῖκες, ἄνδρες.’ ταῦτα μὲν Ξέρξης
 Φασὶ εἶπαι.

πθ'. Εὐ δὲ τῷ πόνῳ τέτῳ, ἀπὸ μὲν
 ἔθανε ὁ στρατηγὸς Αῤιαβίγνης ὁ Δαρεῖς,
 Ξέρξεω ἑὼν ἀδελφεός· ἀπὸ δὲ ἄλλοι πολ-
 λοί τε καὶ ὀνομαστοὶ Περσέων καὶ Μή-
 δων, καὶ τῶν ἄλλων συμμάχων· ὀλίγοι
 δέ τινες καὶ Ἑλλήνων. ἅτε γὰρ νέειν
 ἐπιστάμενοι, τοῖσι αἱ νῆες διεφθείροντο, καὶ
 μὴ ἐν χειρῶν νόμῳ ἀπολλύμενοι, ἐς τὴν
 Σαλαμῖνα διένεον. τῶν δὲ βαρβάρων οἱ
 πολλοὶ ἐν τῇ θαλάσῃ διεφθάρησαν, νέειν
 οὐκ ἐπιστάμενοι. ἐπεὶ δὲ αἱ πρῶται ἐς φυ-
 γὴν ἐτράποντο, ἐνθαῦτα αἱ πλεῖσαι διε-
 φθείροντο. οἱ γὰρ ὅπιοδε τεταγμένοι, ἐς
 τὸ ἔμπροσθε τῇσι νηυσὶ παριέναι πει-
 ρώμενοι, ὡς ἀποδεξόμενοι τι καὶ αὐτοὶ
 ἔργον βασιλείῃ, τῇσι σφετέρῃσι νηυσὶ φευ-
 γέσῃσι περιέπιπτον.

Λ'. Εγένετο δὲ καὶ τὸδε ἐν τῷ θορύβῳ

dixisse, ‘ Viri quidem extiterunt mihi feminae, feminae autem, viri.’ Haec ajunt dixisse Xerxem.

89. In eo proelio cum alii multi et illustres viri tam Persarum Medorumque quàm aliorum sociorum occubuerunt, tum vero dux Ariabignes Darii filius Xerxisque frater: e Graecis pauci. quippe qui gnari natandi, ubi suae naves corruptae erant, nec in pugna peribant, ad Salaminem enatabant. cujus rei quia imperiti erant barbarorum plerique, in mari perire. Posteaquam autem primae naves in fugam versaе sunt, tum vero plurimae corrumpebantur. nam qui in posterioribus locati erant, in anteriora progredi navibus conantes ut et ipsi aliquod opus regi exhiberent, undique in suorum naves fugientes incidebant.

90. Quo in tumultu etiam hoc actum

est, ut quidam Phoenices quorum naves corruptae fuerant, regem adeuntes, insinulaverint Iones tanquam proditores, quod propter eos naves amissae essent, unde id contigit, non ut Ionum duces interficerentur, sed ut ii Phoenices qui illos insinulabant, talem acciperent mercedem. Etenim illis adhuc ea loquentibus, Samothracia navis impacta Atticae, eam demersit: et in hanc Aeginaea impulsam depressit. Verum Samothraeces, ut qui jaculatores essent, propugnatores navis quae suam deprefferat, jaculorum ictibus excusserunt, eorumque conscensa navi potiti sunt. quod factum Iones liberavit. Nam Xerxes ubi egregium facinus Ionum aspexit, conversus ad Phoenices, ut erat supra modum moerustus, et omnes arguens, iussit eorum capita praecidi, ne, quum ipsi imbelles essent, meliores criminarentur. Quoties

τῷ, τῶν τινες Φοίνικες, τῶν αἱ νῆες
 διεφθάρεατο, ἐλθόντες παρὰ βασιλῆα,
 διέβαλλον τῆς Ἰωνας, ὡς δι' ἐκείνης ἀπο-
 λοίατο αἱ νῆες, ὡς προδόντων· συνήνεικε
 ὧν ἔγω, ὥστε Ἰώνων τε τῆς στρατηγῆς
 μὴ ἀπολέσθαι, Φοινίκων τε τῆς διαβα-
 λόντας, λαβεῖν τοιόνδε^α μισθόν. ἔτι τρι-
 τέων ταῦτα λεγόντων, ἐνέβαλε νηὶ Ἀτ-
 τικῇ Σαμοθρηϊκῇ νηὺς. ἥ τε δὴ Ἀττική
 κατεδέυετο, καὶ ἐπιφερομένη Αἰγιναίῃ^β
 νηὺς κατέδυσσε τῶν Σαμοθρηϊκῶν τὴν νηῶν.
 ἅτε δὴ ἑόντες ἀκοντίζαί οἱ Σαμοθρηϊκές,
 τῆς ἐπιβάτας ἀπὸ τῆς καταδυσάσης νηὸς
 βάλλοντες ἀπήρξαζαν, καὶ ἐπέβησάν τε^γ
 καὶ ἔχον αὐτήν. ταῦτα γενόμενα, τῆς
 Ἰωνας ἑρρύσατο. ὡς γὰρ εἶδε σφεας Ξέρ-
 ξης ἔργον μέγα ἐργασαμένης, ἐτράπετα
 πρὸς τῆς Φοίνικας, οἷα ὑπερλυπεόμενος
 τε καὶ πάντας αἰτιώμενος^δ· καὶ σφρων
 ἐκέλευσε τὰς κεφαλὰς ἀποταμεῖν, ἵνα
 μὴ αὐτοὶ κακοὶ γενόμενοι, τῆς ἀμείνονας

^α τοιῦτον. ^β Αἰγινίῃ. ^γ ἀπέβησάν τε. ^δ πᾶν αἰτιώμενος.

διαβάλλωσι. ὅπως γάρ τινα ἴδοι Ξέρξης τῶν ἐωϋτῆ ἔργον τι ἀποδεικνύμενον ἐν τῇ ναυμαχίῃ, κατήμενος ὑπὸ τῷ ἔρει τῷ ἀντίον Σαλαμῖνος τὸ καλέεται Αἰγάλεως, ἀνεπυθάνετο τὸν ποιήσαντα· καὶ οἱ γραμματισαὶ ἀνέγραφον πατρώθεν τὸν τριήραρχον καὶ τὴν πόλιν. πρὸς δὲ ἔτι καὶ προσεβάλετο Φίλος ἐὼν Ἀριαράμνης ἀνὴρ Πέρσης παρεὼν τέττε τοῦ Φοινικηῖς πάθεος.

Ζα'. Οἱ μὲν δὴ πρὸς τὰς Φοίνικας ἐτράποντο. τῶν δὲ βαρβάρων ἐς φυγὴν τραπομένων, καὶ ἐκπλεόντων πρὸς τὸ Φάληρον, Αἰγινῆται ὑποσάντες ἐν τῷ πορθμῷ, ἔργα ἀπεδέξαντο λόγῳ ἄξια. οἱ μὲν γὰρ Ἀθηναῖοι ἐν τῷ θορύβῳ ἐκεραῖζον τὰς τε ἀντισημένας καὶ τὰς φευγούσας τῶν νηῶν, οἱ δὲ Αἰγινῆται τὰς ἐκπλεούσας· ὅπως δέ τινες τὰς Ἀθηναίους διαφύγοιεν, φερόμενοι ἐσέπιπτον ἐς τὰς Αἰγινήτας.

enim suorum quempiam aliquod opus edentem in hoc navali proelio cernebat, de eo homine percontabatur, sedens sub monte qui est e regione Salaminis, nomine Aegaleo, et scribae trierarchum illum ab patre et urbe annotabant. Quinetiam cladi Phoenicum qui aderant, additus est Ariaramnes vir Persa, quanquam amicus regis.

91. Et isti quidem in Phoenices se convertebant: barbaris autem in fugam versis, et ad Phalerum elabentibus, Aeginetae in freto subsistentes, opera memoratu digna ediderunt. nam Athenienses quidem in tumultu naves simul obsistentes fugientesque expugnabant, Aeginetae vero eas quae elabebantur: et quoties aliqua effugiebat Athenienses, eo ipso cursu in Aeginetas incidebat.

92. Quum interim conflixerunt naves duae, una Themistoclis insequens aliam, altera Polycriti Crio geniti, viri Aeginetae, dum navi Sidoniae impingit, illi videlicet quae speculatoriam Aeginaeam ad Sciathum ceperat, qua vehebatur Pytheas Ischeni filius: quem Persae seminecem plagis, tamen admiratione virtutis servatum in navi habebant. Sidonia quae hunc circumferebat navis, una cum Persis est intercepta, ut Pytheas ita sospes rediret in Aeginam. Polycritus ubi inspexit Atticam navem, agnito signo navis imperatoriae, inclamans Themistoclem, jocatus est, exprobrans Aeginetis quod cum Medis sentirent. Hoc Polycritus sua navi incurrens, in Themistoclem jaculatus est.

93. Barbari autem quorum naves supererant, fuga se proripuerunt in Phalerum pedestres ad copias. In hac pugna navali e Graecis optime audierunt Aegi-

46'. Εὐθαῦτα συνεκύρεον νῆες ἥ τε Θερμισοκλέος διώκονσα νῆα, καὶ ἡ Πολυκρίτης τῇ Κριῦ, ἀνδρὸς Αἰγινήτεω, νηὶ ἐμβαλῶσα Σιδωνίῃ· ἥπερ εἶλε τὴν προφυλάσσουσαν ἐπὶ Σκιαθῶ τὴν Αἰγινάειν, ἐπ' ἧς ἔπλεε Πυθέης ὁ Ισχύνης· τὸν οἱ Πέρσαι κατακοπέντα, ἀρετῆς εἵνεκα εἶχον ἐν τῇ νηὶ ἐκπαγλεόμενοι. τὸν δὲ περιάγουσα ἅμα τοῖσι Πέρσησι ἤλω νηὺς ἡ Σιδωνίη, ὥστε Πυθέην οὕτω σωθῆναι ἐς Αἶγιναν. ὡς δὲ ἐσεῖδε τὴν νῆα τὴν Ἀττικὴν ὁ Πολύκριτος, ἔγνω, τὸ σημήϊον ἰδὼν τῆς στρατηγίδος· καὶ βώσας τὸν Θερμισοκλῆα, ἐπεκερτόμησε, ἐς τῶν Αἰγινήτεων τὸν μηδισμόν ὀνειδίζων. ταῦτα μὲν νυν νηὶ ἐμβαλὼν ὁ Πολύκριτος ἀπέρριψε ἐς Θερμισοκλῆα.

47'. Οἱ δὲ βάρβαροι, τῶν αἰ νῆες περιεγένοντο, Φεύγοντες, ἀπίκοντο ἐς Φάληρον ὑπὸ τὸν πεζὸν στρατόν. ἐν δὲ τῇ ναυμαχίῃ ταύτῃ ἤκονσαν Ἑλλήνων ἀρ-

σα Αἰγινῆται· ἐπὶ δὲ, Αθηναῖοι ἀνδρῶν δὲ, Πολύκριτός τε ὁ Αἰγινήτης, καὶ Αθηναῖος Εὐμενής τε ὁ Αναγυράσιος, καὶ Αμεινίης Παλληνεύς· ὃς καὶ Ἀρτεμισίην ἀπεδίωξε. εἰ μὲν νυν ἔμαθε ὅτι ἐν ταύτῃ πλώει ἡ Ἀρτεμισίη, ἔκ ἂν ἐπαύσατο πρότερον ἢ εἰλέ μιν, ἢ καὶ αὐτὸς ἦλω. τοῖσι γὰρ Αθηναίων τριηράρχοισι παρακεκέλευστο· πρὸς δὲ, καὶ ἄεθλον ἔκειτο μύριαι δραχμαί, ὃς ἂν μιν ζῶν ἔλη. δεινὸν γάρ τοι ἐποιεῦντο γυναῖκα ἐπὶ τὰς Αθήνας στρατεύεσθαι. αὕτη μὲν δὴ (ὡς πρότερον εἴρηται) διέφυγε. ἔσαν δὲ καὶ οἱ ἄλλοι τῶν αἰνῆς περιεγεγόνεσαν ἐν τῷ Φαλήρῳ.

48. Αδείμανλον δὲ τὸν Κορίνθιον στρατηγὸν λέγουσι Αθηναῖοι, αὐτίκα κατ' ἀρχὰς ὡς συνέμισγον αἰνῆς, ἐκπλαγέντα τε καὶ ὑπερδείσαντα, τὰ ἰσῖα ἀειράμενον, οἷχεσθαι φεύγοντα. ἰδόντας δὲ τὰς Κορινθίους τὴν στρατηγίδα φεύγε-

netae, secundo loco Athenienses: e viris, Polycritus Aegineta; Atheniensesque, Eumenes Anagyrasius, et Aminias Pallenis, qui et Artemisiam est insequutus, non prius desiturus quam aut illam cepisset, aut ipse captus esset, si Artemisiam ea navi vehi animadvertisset. quippe trierarchis Atheniensium praeceptum erat ut eam caperent, propositumque praemium decem millium drachmarum ei qui vivam cepisset. Indigne enim ferebant mulierem adversus Athenas militare. At illa (ut antea dictum est) aufugit. Fuerunt et alii, quorum naves incolumes in Phalerum evaserunt.

94. Adimantum autem Corinthium ducem Athenienses ferunt statim inter initia concursus navium expavescere atque perterritum sublati velis fugae se dedisse: Corinthiosque, inspecta fuga na-

vis imperatoriae, iidem abiisse: et quum fugiendo venissent in ora Salaminia ad templum Minervae Sciradis, occurrisset eis celocem divino missu: quem quisnam misisset non apparuisse, et nihil de copiarum statu scientibus Corinthiis appropinquavisse. eos ob id conjectasse rem divinam esse: ut enim illi qui in celoce erant, propiores fuerunt, ita loquutos fuisse, ‘Adimante, tu quidem conversis in fugam navibus abscedere vis Graecorum proditor: at illi quantum votis conceperrunt, victores hostium evadunt.’ Et quum his verbis fidem non haberet Adimantus, haec iterum dixisse, ipsos posse pro obsidibus ductos mortem obire, nisi comparentur Graeci victores. Ita conversa navi Adimantum cum ceteris ad classem suorum, re jam ab aliis navata, venisse. Hic de illis apud Athenienses rumor extitit. quod ipsi Corinthii non fatentur,

σαν, ὡσαύτως οἴχεσθαι. ὥς δὲ ἄρα φεύ-
 γοντας γίνεσθαι τῆς Σαλαμινίης κατὰ τὸ
 ἱρὸν Αθηναίης Σκιράδος, περιπίπτειν σφι
 κέλητα θείῃ πομπῇ· τὸν ἔτε πέμψαντα
 φανῆναι ἑδένα, ἔτε τι τῶν ἀπὸ τῆς στρα-
 τῆς εἰδόσι προσφέρεσθαι τοῖσι Κορινθίοισι.
 τῇδε δὲ συμβάλλονται εἶναι θεῖον τὸ
 πρῆγμα· ὥς γὰρ ἀγχοῦ γενέσθαι τῶν
 νηῶν τῆς ἀπὸ τῆς κέλητος, λέγειν τάδε,
 ‘Αδείμαντε, σὺ μὲν ἀποσρέψας τὰς
 ‘ναῦς ἐς Φυγὴν ὥρμησαι κατὰ προδὸς τῆς
 ‘Ἑλλήνας· οἱ δὲ καὶ δὴ νικῶσι, ὅσον αὐτοὶ
 ‘ἡρώϊο ἐπικρατῆσαι τῶν ἐχθρῶν.’ ταῦ-
 τα λεγόντων, ἀπιστεῖν γὰρ τὸν Αδεί-
 μαντον, αὐτὶς τάδε λέγειν· ὥς αὐτοὶ οἰοί-
 τέ εἶεν ἀγόμενοι ὄμηροι ἀποθνήσκειν, ἢ
 μὴ νικῶντες φαίνωνται οἱ Ἕλληνες. ἔτω
 δὴ ἀποσρέψαντα^c τὴν νῆα, αὐτόν τε καὶ
 τῆς ἄλλης ἐπ’ ἐξειργασμένοισι ἐλθεῖν ἐς
 τὸ στρατόπεδον. τῆς μὲν τοιαύτης φά-
 τος ἔχει ὑπὸ Αθηναίων. ἔ μέντοι αὐτοὶ

^c ἀποσρέφαντες.

γε Κορίνθιοι ὁμολογέουσι, ἀλλ' ἐν πρώτοισι σφέας αὐτὰς τῆς ναυμαχίης νομίζουσι γενέσθαι. μαρτυρεῖ δέ σφι καὶ ἡ ἄλλη Ἑλλάς.

4ε'. Αρισείδης δὲ ὁ Λυσκιάχης, ἀνὴρ Αθηναῖος, τῷ καὶ ὀλίγῳ τι πρότερον τεττέων ἐμνήσθην ὡς ἀνδρὸς ἀρίστου, ἔτος ἐν τῷ θορύβῳ τέτῳ τῷ περὶ Σαλαμῖνα γενομένῳ τάδε ἐποίησε· παραλαβὼν πολλὰς τῶν ὀπλιτέων, οἳ παρατετάχαλοι^ε παρὰ τὴν ἀκτὴν τῆς Σαλαμινίης χώρας, γένος ἑόντες Αθηναῖοι, ἐς τὴν Ψυττάλειαν νῆσον ἀπέβησε ἄγων, οἳ τὰς Πέρσας τὰς ἐν τῇ νησίδι ταύτῃ κατεφόνευσαν πάντας.

4ς'. Ὡς δὲ ἡ ναυμαχία διελέλυτο, κατειρύσαντες^ε ἐς τὴν Σαλαμῖνα οἱ Ἕλληες τῶν ναυηγίων ὅσα ταύτῃ ἐτύγχανε ἔτι ἑόντα, ἐτοῖμοι ἔσαν ἐς ἄλλην ναυμαχίην· ἐλπίζοντες τῇσι περιεέσθῃσι νηυσὶ ἔτι χρήσεσθαι βασιλῆα. τῶν δὲ ναυηγίων πολλὰ ὑπολαβὼν ὁ ἄνεμος ζέ-

^ε οἱ πολλοὶ παρατετάχαλοι. ^ε κατειρύσαντες.

seque inter primos in pugna extitisse affirmant, quibus etiam testimonium dicit reliqua Graecia.

95. Aristides autem Lyſimachi filius, vir Atheniensis, cujus paulo ante ut viri optimi mentionem feci, per eum tumultum qui circa Salaminem fiebat, hoc reiecit: Permultis armatorum qui per litus Salaminis locati erant, genere Athenienses, sumptis et in Psyttaleam insulam ductis exscendit, qui omnes Persas qui in ea insula erant interemerunt.

96. Defuncti navali pugna Graeci, deductis in Salaminem naufragiis quae illic etiamnum supererant, parati erant ad aliam navalem dimicationem, quod expectarent, regem iis quae sibi reliquae erant navibus adhuc usurum. Porro naufragiorum pleraque ventus zephyrus sus-

cipiens portavit in oram Atticae, nomine Coliadem; ut impletum sit tum aliud omne oraculum de hac pugna navali editum a Bacide et Musaeo, tum vero id quod fuit de naufragiis illuc evectis ante hos multis annis praedictum in oraculo Lyfistrato Atheniensi, viro sortilego, quod omnes Graecos latuerat,

Coliades multo trepidabunt remige matres.

Hoc autem futurum erat auctò rege.

97. Cognita sua clade Xerxes, veritus nequis Ionum Graecos subornaret, aut sponte ipsi cogitarent navigare in Hellespontum ad solvendo pontes, unde ipse in Europa deprehensus salute periclitaretur, de fugiendo consultabat. nolens tamen neque a Graecis neque a suis detegi.

φυρος, ἔφερε τῆς Ατλίκῃς ἐπὶ τὴν ἡϊόνα
τὴν καλεομένην Κωλιάδα· ὥστε ἀποπλῆ-
σαι τὸν χρησμὸν, τὸν τε ἄλλον πάντα
τὸν περὶ τῆς ναυμαχίης ταύτης εἰρημέ-
κον Βάκιδι καὶ Μισαίῳ, καὶ δὴ καὶ κα-
τὰ τὰ ναυήγια τὰ ταύτῃ ἐξενειχθέντα
τὸ εἰρημένον πολλοῖσι ἔτεσι πρότερον τῆ-
τέων ἐν χρησμῷ, Λυσιγράτῳ Αθηναίῳ
ἀνδρὶ χρησμολόγῳ, τὸ ἐλελήθει πάντας
τὰς Ἑλλήνας,

Κωλιάδες δὲ γυναῖκες ἐρετμοῖσι φρίζουσι.

τῷτο δὲ ἔμελλε ἀπελάσαντος^α βασιλῆος
ἔσεσθαι.

Λζ'. Ξέρξης δὲ ὡς ἔμαθε τὸ γεγονὸς
πάθος, δείσας μή τις τῶν Ιώνων ὑποθῇ-
ται τοῖσι Ἑλλησι ἢ αὐτοὶ νοήσωσι πλώ-
ειν ἐς τὸν Ἑλλήσποντον, λύσοντες τὰς
γεφύρας, καὶ ἀπολαμφθεὶς ἐν τῇ Εὐρώ-
πῃ ἀπολέσθαι κινδυνεύσῃ^β, δρησμὸν ἐβέ-
λευε^γ. θέλων δὲ μὴ ἐπίδηλος εἶναι μήτε
τοῖσι Ἑλλησι μήτε τοῖσι ἑωῦτῷ, ἐς τὴν

^α ἀπελάσαντος.

^β κινδυνεύσαι.

^γ ἐβέλευσε.

Σαλαμῖνα χῶμα ἐπειρᾶτο διαχῦν· γαυ-
λὸς τε Φοινικηῖς συνέδεε, ἵνα ἀντί τε
χεδῖης ἔωσι καὶ τείχεος· ἀρτέετό τε ἐς
πόλεμον, ὥς ναυμαχίην ἄλλην ποιησό-
μενος. δρέονίης δέ μιν πάντες οἱ ἄλλοι
ταῦτα πρήσσοντα, εὖ ἠπιστάτο ὡς ἐκ
παντὸς νόου παρεσκεύασαι^d μένων πολε-
μήσειν· Μαρδόνιον δ' ἔδεν τετέων ἐλάν-
θανε, ὡς μάλιστα ἔμπειρον ἑόντα τῆς
ἐκείνης διανοίης. ταῦτά τε ἅμα Ξέρξης
ἐποίεε, καὶ ἔπεμπε ἐς Πέρσας ἀγγελέοντα
τὴν παρεῖσάν σφι συμφορὴν.

Λή. Τετέων δὲ τῶν ἀγγέλων ἔσι
ἔδεν ὅ,τι θαῶσον παραγίνειαι θνητὸν ἑόν·
ἔτω τοῖσι Πέρσησι ἐξεύρηται τῷτο. λέ-
γουσιν γὰρ ὡς ὅσων ἂν ἡμερέων ἡ πᾶσα
ὁδὸς, τοσούτοι ἵπποι τε καὶ ἄνδρες διεσῶσι
κατὰ ἡμερησίην ὁδὸν ἐκάστην, ἵπποι τε
καὶ ἀνὴρ τεταγμένος^e· τὸς ἔτε νιφέδος, ἔκ
ὄμβρος, ἔ καῦμα, ἔ νύξ ἐέργει μὴ ἔ κα-
τανύσαι τὸν προκείμενον ἐωῦτῳ ὁρόμῳ

^d παρεσκεύαστο. ^e ἐκάστην τεταγμένον.

aggerem in Salaminem tentabat educere; navesque Phoenicum onerarias, ut pro ponte ac muro essent, connectebat: et se, tanquam aliam pugnam navalem facturum, ad bellum instruebat. Quae agentem videntes ceteri, pro certo habebant eum manendi animo atque bellandi illa apparare: sed nihil eorum Mardonium latebat, ut maxime gnarum ingenii illius. Xerxes et haec faciebat, et in Persidem misit qui praesentem cladem nunciaret.

98. His nunciis nihil est in rebus humanis, quod perniciousius transcurrit, idque hunc in modum est a Persis excogitatum: Quot dierum est tota via, totidem equos ac viros ferunt distare ad diei unuscujusque iter, equi nempe et vir destinatus; quos neque vis nivium, neque imber, neque aestus, neque nox arcet quin propositum sibi cursum celerrime

